De funere publico Romanorum

Friedrich Vollmer





Digitized by Google

DE

FUNERE PUBLICO ROMANORUM

SCRIPSIT

FRIDERICUS VOLLMER.

COMMENTATIO EX SUPPLEMENTO UNDEVICESIMO ANNALIUM PHILOLOGICORUM
SEORSUM EXPRESSA.



LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCXCII.

Neuester Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

1892.

Blass, Friedrich, Dr. phil., o. ö. Professor d. class. Philologie a. d. Universität Kiel, die attische Beredsamkeit. II. Abtheilung: Isokrates und Isaios. 2. Auflage. [IV u. 587 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 14.—

Böhme, Dr. Gottfried, Aufgaben zum Übersetzen ins Griechische für die oberen Gymnasialklassen. 10. Aufl. von G. Stier, Hzgl. Anhalt. Gymnasialdirektor. [XII u. 320 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.70.

Corpus glossariorum latinorum a Gustavo Loewe incohatum auspiciis Societatis litterarum regiae Saxonicae composuit, recensuit, edidit Georgius Goetz. Vol. III. Et. s. t.: Hermeneumata Pseudodositheana edidit Georgius Goetz. Accedunt hermeneumata medicobotanica vetustiora. [XXXVI u. 659 S.] gr. 8. geh n. ℳ 22.—

Crusius, Otto, Untersuchungen zu den Mimiamben des Herondas. [VII u. 203 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 6.—

Dingeldein, Otto, der Reim bei den Griechen und Römern. Ein Beitrag zur Geschichte des Reims. [IV u. 131 S.] 8. geh. n. ℳ 2.—

Ebeling, Dr. Heinrich, Schulwörterbuch zu Caesar mit besonderer Berücksichtigung der Phraseologie. In zweiter und dritter Auflage bearbeitet von Dr A. Draeger, Direktor des Königl. Gymnasiums in Aurich. 4. Auflage besorgt von Dr. Rudolf Schneider, Oberlehrer am Königstädtischen Gymnasium zu Berlin. gr. 8. geh. ℳ 1.—

Froehde, Oscar, de C. Iulio Romano Charisii auctore scripsit O. F. Commentatio ex supplemento XVIII annalium philologicorum seorsum expressa. [110 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2 80.

Fügner, Franciscus, lexicon Livianum partim ex Hildebrandi schedis confecit F. F. Fasciculus IV. (adscensus — ago B a).) [Sp. 609—800.] Lex.-8. Jeder Faszikel geh. n. ℳ 2.40.

Gerber, A., et A. Greef, lexicon Taciteum. Fasciculum X edidit A. Greef. (Ornamentum — potestas.) [S. 1041—1152.] Lex.-8. Jeder Faszikel geh. n. ℳ 3.60.

von Gutschmid, Alfred, kleine Schriften. Herausgegeben von Franz Rühl. 4 Bände. Dritter Band. Schriften zur Geschichte und Literatur der nichtsemitischen Völker von Asien. [VIII u. 676 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 20.—

Haupt, Karl, Oberlehrer am Gymnasium zu Wittenberg, Livius-Kommentar für den Schulgebrauch. Kommentar zu Buch 21. [IV u. 255 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.— (Kommentar zu Buch 1—5 kart. je n. ℳ —.80.)

—— Anleitung zum Verständnis der livianischen Darstellungsform. [IV u. 86 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.—

Heinze, Richard, Xenokrates. Darstellung der Lehre und Sammlung der Fragmente. gr. 8. geh. [Erscheint im September d. J.]

Herbst, Ludwig, zu Thukydides. Erklärungen und Wiederherstellungen. Buch I—IV I. Reihe. [XII u. 124 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.80.

Hillscher, Alfredus, hominum litteratorum Graecorum ante Tiberii mortem in urbe Roma commoratorum historia critica. Scripsit A. H. Commentatio ex supplemento XVIII annalium philologicorum seorsum expressa. [92 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.—

Hoffmann, Dr. **Ferd.,** Oberl. am Realgymnasium zu Gera, und Dr. **Wilh. Votsch,** Oberl. an der Guericke-Schule (Realgymn. und Oberrealschule) zu Magdeburg, lateinisches Übungsbuch für die mittleren Klassen höherer Lehranstalten im Anschluß an Stegmanns lateinische Schulgrammatik. II. (Schluß-)Teil. [VIII u. 210 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 1 60.

Holder, Alfred, alt-celtischer Sprachschatz. In ungefähr 18 viermonatlichen Lieferungen zu je 8 Bogen. Lex. 8. II. Lieferung. Atepiăcu-s — brănŏ-s. [Sp. 257—512.] Jede Lieferung geh. n. ℳ 8.—

Jahrbücher für classische Philologie. Herausgegeben von Dr. Alfred Fleckeisen, Professor in Dresden. Achtzehnter Supplementband II (Schluss-) Heft. [IV u. S. 353—706.] gr. 8. geh. n. ℳ 6.40

555 c

DE FUNERE PUBLICO ROMANORUM

SCRIPSIT

FRIDERICUS VOLLMER.

COMMENTATIO EX SUPPLEMENTIS ANNALIUM PHILOLOGICORUM SEORSUM EXPRESSA.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCII.

Digitized by Google

PAGINARUM NUMERI SUNT SUPPLEMENTI UNDEVICESIMI ANNALIUM PHILOLOGICORUM

MAY 12 1921

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Digitized by Google

I. Moris origo et historia.

Honos funeris publici[1]) originem ducit primam a studio veterum et recentiorum populorum communi quam dignissime colendi manes et memoriam hominis bene meriti. Quod studium apud Romanos, quorum religionis propriae pars maxima posita est in familiari cultu Larum Penatium Manium, genuisse usus moresque permultos et varios sive in curandis sive in efferendis et sepeliendis mortuis sive in colendis iam sepultis notissimum est. Quatenus sedulitas et industria religiosa in his rebus iam antiquissimis temporibus progressa sit, optime illustratur eo quod leges primae sumptuariae vetant luxum nimium ipsis in funeribus manifestari.[2]) Familiae igitur cum religionem tum divitias in funeribus prae se ferre gestiebant adeo ut rei publicae saluti inde videretur damnum existere. Apparet in his certaminibus merita et sumptus non semper exaequata esse. Cives

1) De funere Romanorum publico qui peculiari egerit libello novi neminem. Copiosissime adhuc rem tractavit Io. Kirchmannus in libris IV de funeribus Romanorum (utor edit. IV. Francofurti 1672). Neque vero ille vir strenuus neque Marquardtius in vita Romanorum privata (I^2 p. 345 sqq.) qua opus est diligentia segregavit funus privatum et publicum. Libellum francogallicum Audiberti 'funérailles et sepultures de la Rome payenne' Paris 1885 ut inspicerem mihi non contigit. Materia igitur admodum dispersa mihi erat colligenda; proinde veniam des, si inveneris nonnulla me fugisse. — Occasione data moneo libellum de funeribus, qualem ex. gr. de praenominibus habemus, nullum exstare inter rudera illa litterarum Romanarum, quae ad nos pervenerunt. Nec videtur a multis uberius locus tractatus esse. Conicias L. AELIVM STILONEM in commentanda X. decem virorum tabula nonnulla adnotasse de ritu funerum, certum videtur VARRONEM in antiquitatum libris i. e. in rerum divinarum (libris 11—13 de sacris) collocandi efferendi sepeliendi praecepta pontificalia accurate composuisse, dilucidius fortasse et ut melius oculis occurrerent in libro II. de vita populi Romani res descripsisse. Varrone potissimum auctore potuit agere de funere IVBA in ὁμοιότησιν. Nullum autem de funere nedum de funere publico testimonium potest certo revocari ad hos viros; occasioni et licentiae historicorum aut titulis debemus quicquid his in rebus scimus et ex singulis secundum descriptiones Polybii Cassii Herodiani componendae sunt imagines pomparum et conglutinanda historia et progressio moris splendidissimi.

2) Cf. Marquardtii vit. priv. I^2 p. 345. Doleo quod libellus scriptus ab E. Labatut 'les funérailles chez les Romains. L'Edit et les lois sumptuaires' Paris 1878 mihi non praesto fuit

Digitized by Google

ex familiis nobilissimis et optime meritis tenuiter elati sunt.[1]) Quodsi civium bona de mortuo opinio metuebat ne propter pauperiem nimis vili apparatu efferretur sepeliretурque, aes conferebant, quo pompa et monumentum magnificentiora redderentur.[2]) Eiusmodi pecuniae collationem privatam fuisse consentaneum est. Quod una familia praestare non poterat, complures conferebant.[3]) 'Aere conlato' per omnia saecula Romana funera sepulcra statuae clupei similes honores in homines aliquatenus bene meritos cumulati sunt. Pecuniam haud ita parvam exhibendo funeri sollemni opus fuisse intelleges, cum pensitabis non modo libitinariis vespillonibus sed etiam cantoribus siticinibus ludiis inde nummos debitos esse. Praeterea summas

---

1) Sic 'M. Porcius Cato funus filii in praetura mortui tenuissimo ut potuit — nam pauper erat — sumptu fecit' Liv. per. 48.

2) De funeribus aere conlato ductis temporis vetustioris haec apud scriptores tradita sunt. Valerium Poplicolam Amm. Marcell. (XIV. 6. 11) narrat 'conlaticia stipe' humatum esse, Livius autem (II. 16 'P. Valerius ... moritur ... copiis familiaribus adeo exiguis ut funeri sumptus deesset: de publico est elatus') et Valerius Maximus (IV. 4. 1) brevibus verbis et Dionysius Halicarnassensis (A. R. V. 48. 3) fuse dicunt funere publico elatum, Plutarchus (Popl. 23 'ὁ δὲ δῆμοϲ [! cf. p. 329 not. 4] ..... ἐψηφίϲατο δημοϲίᾳ ταφῆναι τὸ ϲῶμα καὶ τεταρτημόριον ἕκαϲτοϲ ἐπὶ τιμῇ ϲυνειϲήνεγκεν') ambas fabulas profert. Traditio de funere Valerii publico, quacum apud Plutarchum et Dionysium coniuncta est narratiuncula de sepulcro Valeriis prope Veliam intra pomerium dato videtur numeranda esse inter ficticias Valerii Antiatis, quem constat sive ex commentariis domesticis sive ex suo ingenio honorem gentis Valeriae auxisse (cf. ex. gr. fr. 17 p. 155 Pet.). Similiter res se habet in funere Menenii Agrippae. Liv. (II. 33. 11), Seneca (ad Helv. 12. 5), Val. Max. (IV. 4. 2), Plinius (N. H. XXXIII. 10. 138) tradunt Agrippam 'sextantibus conlatis in capita' elatum, contra Dion. Hal. (A. R. VI. 96) longam promit fabulam, qua audimus prius plebem monitu tribunorum constituisse aes conferre ut splendidius funeraretur mortuus, deinde senatum ne ingratus videretur funus decrevisse publice faciendum. De P. Valerio (cos. 460 a. Chr.) tradit Livius auctore ut videtur et ipso Valerio Antiate (III. 18. 11) 'in consulis domum plebes quadrantes ut funere ampliore efferretur iactasse fertur'. In Q. Fabio Maximo teste Valerio Maximo (V. 2. 3) 'magnum grati populi specimen enituit, nam cum V consulatibus salutariter rei publicae administratis decessisset, certatim aes contulit, quo maior et speciosior eius funeris pompa perduceretur' (cf. auct. de viris illustr. 32). P. Cornelius P. f. Cn. n. Scipio Nasica Corculum (cens. 595/169) 'obierat in tribunatu plebei admodum gratus ... nec erat in bonis funeris impensa. asses ergo contulit populus ac funus elocavit'. Plin. N. H. 21. (7) 10 (confundit Plin. patrem et filium Serapionem). Vides scriptores in fingendis maiorum honoribus funus publicum et collaticium non data opera seiunxisse. Ceterum cf. p. 324.

3) Ex eodem studio nata sunt collegia funeraticia, hodiernis temporibus sodalicia militum ac similia. Sumptus autem familiares aere collaticio vel publico solvi omnino non alienum est a Romanis. Cf. Amm. Marcell. XIV. 6. 11 'subsidiis amicorum mariti inops cum liberis uxor alitur Reguli et dotatur ex aerario filia Scipionis'. Sen. ad Helv. XII. 5. Apul. Apol. I. 18 vita Bonosi (Scr. Hist. Aug. II. 213) 'sumptu etiam publico nuptias celebrabis'.

Digitized by Google

paene incredibiles ornamentis et odoribus consumptas esse leges sumptuariae et scriptores testantur.[1])

Funeris impensae re vera publice tum primum datae sunt, cum senatus auctoritate ex aerario solutae sunt. Quod quando primum factum sit Romae, nos non iam eruere possumus. Ut in aliis honoribus ita in hoc commentarii gentium domestici et scriptores gentilis honoris cupidi veritatem obscuraverunt nubilis quae nos fugare nequimus. Gentes aliquantum eminentes finxerunt historiam, qua maiorum alicui et posteris funus sepulcrumque publice idque intra pomerium datum esse narrabatur. Quare antiquissimis exemplis huius honoris a scriptoribus historicis traditis fidem habere non licet. Nec neglegendum est nullo in virorum rei publicae liberae honoratorum elogio quae quidem nobis servata sint funeris publici fieri mentionem, cum alii honores cum cura enumerentur. Quodsi p. 322 not. 2 recte iudicavimus, hoc tamen constat ante Valerium Antiatem (c. 100—50 a. Chr. n.) in honoribus civis bene meriti maximis habitum esse funus publicum. Hoc cum tempore concinit testimonium Ciceronis[2]) et quod circa annum 100 a. Chr. oppida Italiae morem urbanum imitantur, si verum est quod ex Suetonio Hieronymus tradit Lucilium poetam a. 103 Neapoli publice elatum esse.[3]) Crediderim tamen hoc demum tempore rem increbruisse, cum cives tam bene meriti quam Q. Fabius Maximus (cos. V. 545/209) et P. Scipio Nasica (cos. II. 599/155) tradantur non funere publico sed aere conlato funerati esse. Memoria igitur rerum nobis servata monet, ut credamus Ciceroni dicenti[4]) 'maiores nostri statuas multis decreverunt, sepulcra paucis' et concludamus quod de sepulcris idem valere de funeribus publicis.[5])

Praeter Valerium Poplicolam patricium nobilissimum et Menenium Agrippam arbitrum inter patres et plebem, quos honore

1) Friedlaender S. G. III^{5} p. 113 sqq. Quousque religio occasione funesta abusa sit maxime miramur cum legimus iam in XII tabulis cautum esse, ne unius hominis duo fierent funera. tab. X fr. 5 Sch. Cic. de legg. II. 24. 60 Luebbert comment. pontific. p. 73.

2) or. Philipp. IX. 7. 16 'quomque antea senatus auctoritatem suam in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit, placere eum (Sulpicium Rufum) quam amplissime supremo suo die efferri'. — Anno 683/71 etiam Spartacus spectacula urbana imitatur, cf. Florus III. 20. 9 'defunctorum quoque proelio ducum funera imperatoriis celebravit exsequiis captivosque circa rogum iussit armis depugnare'.

3) cf. p. 342 not. 4.

4) or. Philipp. IX. 6. 14.

5) Nego Polybii notissimam descriptionem funeris et laudationis (VI. 52—54) esse funeris publici. Quod Polybius dicit 'τῆς τοῦ πολιτεύματος σπουδῆς, ἣν ποιεῖται περὶ τὸ τοιούτους ἀποτελεῖν ἄνδρας ὥστε πᾶν ὑπομένειν χάριν τοῦ τυχεῖν ἐν τῇ πατρίδι τῆς ἐπ' ἀρετῇ φήμης', non rem publicam dominam facit funeris sed minus anxie aut generaliter loquitur, ut nos quoque his in rebus solemus. Funus quod Polybius describit privatum esse inde maxime cognoscitur quod laudatio habetur ab agnato cf. p. 338 not. 3.

funeris publici ornaverunt homines creduli[1]), commemorandus est T. Siccius Dentatus legatus heros plebeius.[2]) Hunc secundum plebeiam, quae hac quoque in re patricios aemulabatur, traditionem Dionysius Halicarnassensis[3]) narrat milites habuisse ταφῆς δημοσίας ἄξιον. Livius[4]) rem fusius refert. Siccio per insidias decemvirorum anno 307/447 in Sabinis occiso 'invidiae plena castra erant et Romam ferri protinus Siccium placebat, ni decemviri funus militare ei publica impensa facere maturassent. Sepultus ingenti militum maestitia'.[5])

1) vide p. 322 not. 2.
2) cf. Mommsen Röm. Forsch. I p. 110.
3) A. R. XI. 27.
4) III. 43.
5) De 'funere militari' post Gutherium (Graev. antiqu. Rom. XII. p. 1099) nusquam accuratiora invenio neque apud Marquardtium. Post pugnas facta sunt prope castra sepulcra πολυάνδρια (Appian. b. c. II. 82. cf. Liv. XXVII. 2. Suet. Aug. 12. Cal. 3. Tac. ann. I. 62) et iusta ut nunc fit quam celerrime habita. Os resectum ut domum mitteretur ibique sepeliretur ne putes in omnibus civibus Romanis factum esse, quamquam iam per XII tabulas licebat in mortibus bellicis et peregrinis ossa legere quo post funus fieret. Consentaneum est mortuos consules legatos tribunos plerumque Romam transportatos esse. Funera quidem P. Deciorum Livius (VIII. 10 et X. 30) in castris 'omni honore laudibusque meritis' fieri facit idemque videtur sibi persuasisse de Ti. Sempronio Graccho mortuo a. 540/213 (XXV. 17). De Drusi funere auctor haud spernendus consol. ad Liv. (v. 169 sqq.) scribit 'ducem arsuris exercitus omnis in armis inter quae periit ponere certus erat: abstulit invitis corpus venerabile frater'. Post pugnam autem Mutinensem Hirtius et Pansa publice Romae funerati sunt (Val. Max. V. 2. 10), milites volgares a Nursinis tumulo publice exstructo conditi (Suet. Aug. 12), Romae iisdem ut locaretur publice monumentum Cicero auctor fuit in senatu (or. Phil. XIV. 38) atque id ut ipse dicit tunc primum postulatum est (ibid. 33). Senatus igitur consultum quod Appianus (b. c. I. 43) anno 664/90 Ῥουτιλίου (P. Rutili Lupi cos.) τοῦ σώματος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐπιφανῶν ἐπὶ ταφὴν ἐς Ῥώμην ἐνεχθέντων factum esse testatur quoque iussum erat τοὺς ἀποθνήσκοντας ἐν τοῖς πολέμοις ἔνθαπερ ἂν θάνωσι θάπτεσθαι τοῦ μὴ τοὺς λοιποὺς ἐκ τῆς ὄψεως ἀποτρέπεσθαι τῶν στρατειῶν videtur non diligenter observatum esse. — Quodsi occasio postulabat ut singuli funerarentur milites, impensae ex undecimo folli dabantur, 'in quem' teste Vegetio II. 20 'tota legio particulam aliquam conferebat sepulturae scilicet causa, ut si quis ex contubernalibus defecisset, de illo undecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa'. Atque ut castra viis foro tribunali urbem imitabantur, ita conicias funeris ritus castrenses ad urbanos formatos esse. Fortasse praefecto castrorum (Veget. II. 10) inter munera erat his rebus prospicere. Evenit tamen ut etiam militum in castris funeribus aliquis honor adderetur. Appianus (b. c. II. 82) narrat Crassinio centurioni in pugna Pharsalica fortissimo ipsum Caesarem τάφον ἐξαίρετον ἐγγὺς τοῦ πολυανδρίου dedisse. Et supra iam commemoravimus militibus Dec. Bruti in pugna Mutinensi caesis a Nursinis publice tumulum exstructum esse, cuius titulus testatus eos 'pro libertate occubuisse' Octaviani iram movit (Suet. Aug. 12). Similes honores C. Hostilio et P. Egnatio tribunis legionis XV a Cilinensibus et Norensibus habitos esse voluit qui finxit titulos apud Gruterum p. DXLIV. 4. 5. cf. C. I. L. V. 1807. De Siccii autem funere unde progressi sumus coniecturam facere non operae esse pretium duco. At data occasione lubet adnotare non inusitatum fuisse sicut vivos

Digitized by Google

Neque eodem loco quo funera publica civium Romanorum habendae sunt exsequiae eae, quas Valerius Maximus[1]) auctor est a senatu regibus Syphaci et Perseo locatas esse[2]), nam haec exempla redeunt ad liberalitatem et hospitalitatem a senatu populoque Romano in peregrinis semper probatam. Ex usu enim erat legatos populorum amicorum, si quid humani iis accidisset, publice cum diligentia colere et mortuos efferre.[3]) His cum rebus Syphacis et Persei funera publica coniungenda esse cum totum Valerii Maximi caput demonstrat tum quod quaestoris facit mentionem, cuius in legatis honorandis fuisse officium constat.[4])

Certa[5]) igitur quaerentes funeris publici exempla urbana deferimur ad annum 711/43. Hoc autem anno multi publice elati sunt. Mense Februario M. Tullius Cicero in senatu sententiam dixit 'placere Serv. Sulpicium Rufum quam amplissume supremo suo die efferri'[6]); M. Iuventio Lepidi legato ἡ βουλὴ καὶ ἀνδριάντα τήν τε ταφὴν τὴν δημοσίαν ἐψηφίσατο[7]) et pugna Mutinensi deproeliata non

---

milites post pugnam bene decertatam Polybius (VI. 39. 2) et Tacitus (ann. II. 22) in contione exercitus ab ipso imperatore testes sunt laudatos esse ita etiam in pugna occisos, eodem quo Graeci in clarissimis illis bellis utebantur more, publice laudationibus honorari. Quamquam vix pro dubio haberi potest quin eae laudationes in licentia imperatoris fuerint neque a militibus superstitibus sint decretae. Certe titulus mutilus C. I. L. VI. 3617 (cf. Fleckeiseni ann. suppl. XVIII p. 462 not. 2 et Add. p. 528[n]), qui exhibet haec verba: '. . . . . . .us T. l(ibertus) Numenius | . . . . . [hono]r(atus) ab exerc(itu) corona aur(ea) | . . . . . . i laudation(e) publice | . . . . . . [Ped]ucael latroni' contrarium non valet comprobare. Atque laudatio illa funeris impensa locus sepulturae, quae basis Iliberritana C. I. L. II. 2079 commemorat Q. Cornelio Valeriano a numeris iis quibus praefuit honori data esse, meo quidem iudicio non in eadem ratione sunt collocanda qua municipiorum publica decreta. Puto hunc titulum spectare honores a veteranis, qui forte fortuna emeritis stipendiis in eandem coloniam deducti sunt, privatim datos atque comparandos cum funeraticiorum collegiorum similibus decretis.

1) V. 1. 1.

2) Alia res est in funere Ptolemaei regis Mauri, quem imp. Gaius publice sepelivit ut cognatum et civem, cuius hereditatem appetebat. Sen. de tranqu. an. XI. 10.

3) Plutarchus Ῥωμ. 43 (II. 1 p. 118 Wytt.), Val. Max. V. 1. 1, Mommsen, Röm. Forsch. I p. 346.

4) Ceterum haec legatorum funera publica posteris temporibus videntur intermissa esse: νῦν δὲ ὑπὸ πλήθους τῶν ἀφικνουμένων πρέσβεων ἐκλέλειπται τὸ τῆς δαπάνης Plut. l. l.

5) Sullae funus ab Appiano (b. c. I. 105) solo, Caesaris a nullo scriptore dicitur publicum. In Sullae funere iustitium testatur Gran. Licin. p. 44 Bonn., neque tamen de eo plane constat. Videtur enim non consul sed pro Fausto filio (Appian. b. c. I. 106 p. 627. 24 M.) optumus tum orator (Philippus an Hortensius?) laudationem habuisse. Mihi universa Appiani de Sullae funere narratio suspiciosa videtur. De Caesaris funere vide p. 333 not. 1.

6) Cic. or. Phil. IX.

7) Cass. Dio 46. 51. 3.

Digitized by Google

Hirtius et Pansa solum consules sed etiam ceteri qui ceciderunt, hi prope pugnae campum[1]), publice elati sunt.[2])

Inde hic honor obtinuit per saecula Romana et ut fit quo crebrior donabatur[3]) eo vilior habebatur. Cassius igitur Dio potuit funus publicum quasi domui Augustae parum honorificum habere; dicit de Livia[4]): οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τιμὴν ἄλλο τι αὐτῇ πλὴν τῆς δημοσίας ἐκφορᾶς καὶ εἰκόνων ἑτέρων τέ τινων οὐδενὸς ἀξίων ἔνειμεν (Tib.), ἀθανατισθῆναι δὲ αὐτὴν ἄντικρυς ἀπηγόρευσεν. Videtur autem contemptus huius honoris profectus esse minus a crebritate quam a condicione angusta eorum quibus per licentiam Caesarum dabatur, nam ne primo quidem post Christum saeculo funera publica in urbe admodum multa ducta sunt.[5])

Nihilo minus mos sollemnis admodum diu fuit.[6]) Funera enim

1) cf. p. 324 not. 5.

2) Val. Max. V. 2. 10 Cass. Dio 46. 38. 2 Vell. Pat. II. 62.

3) Augustus et Tiberius largiores fuerunt in hac re (Cass. Dio 54. 12. 2 57. 21. 3). M. Aurelius Antoninus multos pestilentia anni 920/166 oppressos publice extulit (Iul. Capit. 13).

4) 58. 2. 1 cf. Tac. ann. V. 1 'funus eius modicum'.

5) Plin. ep. II. 1. 1 'Post aliquot annos insigne....spectaculum exhibuit publicum funus Verginii'. Memineris Domitianum funere tacite elatum esse (Suet. 17).

6) Siquis similes res tractaturus est, ei forsitan sit gratum in una tabula composita videre exempla quotquot scio a scriptoribus expressis verbis dici funera publica.

651/103	C. Lucilius Neapoli (?) Hieron. ad ann. Abr. 1914
676/78	L. Cornelius Sulla Appian. bell. civ. I. 105. Gran. Licin. p. 44
711/43	Ser. Sulpicius Rufus Cic. or. Phil. IX
	M. Iuventius Cass. Dio 46. 51. 3
	A. Hirtius C. Pansa Vell. Plat. II. 62 Val. Max. V. 2. 10 Cass. Dio 46. 38. 2
712/42	Attia Caesaris mater Cass. Dio 47. 17
714/40	Sphaerus Caes. lib. Cass. Dio 48. 33. 1
731/23	Marcellus Cass. Dio 53. 30. 5
.....	complures Cass. Dio 54. 12. 2
742/12	Agrippa Cass. Dio 54. 28
745/9	Drusus Liv. per. 142 Sen. ad Marc. III. 1 Tac. ann. III. 5 cons. ad Liv.
775/21	Sulpicius Quirinus Tac. ann. III. 48
776/22	complures Cass. Dio 57. 21. 3
777/23	Lucilius Longus Tac. ann. IV. 15
782/29	Livia Cass. Dio 58. 2. 1 cf. Tac. ann. V. 1
786/32	L. Calpurnius Piso Tac. ann. VI. 11 Cass. Dio 58. 19. 5
787/34	Aelius Lamia Tac. ann. VI. 27
791/37	imp. Tiberius Cass. Dio 58. 28. 5 59. 3 Suet. Tib. 75 Cal. 15
792/38	Drusilla Cass. Dio 59. 11 Sen. ad Polyb. 17. 4 Suet. Cal. 24
794/40	Ptolemaeus rex Africae Sen. de tranqu. XI. 10
808/54	imp. Claudius Tac. ann. XII. 69 XIII. 3 Suet. Ner. 9 Cass. Dio 60. 35. 2
820/66	Poppaea Tac. ann. XVI. 6
.....	L. Vitellius imperatoris pater Suet. Vit. 3
823/69	Flavius Sabinus Tac. hist. IV. 47 cf. tit. Bull. com. d. Roma XI. 1883 p. 224

Digitized by Google

publica ut alii ritus funeraticii Romae antiquae[1]) in Italia per medium quod dicitur aevom usque ad hoc nostrum saeculum decreta sunt a municipiis praedicatorum collegiis conventibus scholis. Etiam formulae antiquae his in decretis, quae in cippis commemorantur, servatae sunt.[2])

II. Quid sit 'funus publicum'.

Vix potest videri dubium quin 'funus publicum' primitus nil significaverit nisi sumptus funeris ex aerario decretos. Sensim tamen aliae res accessisse videntur. Quas ut perspiciamus exeundum erit a pompis illis quas imperatoribus primis eorumque propinquis et amicis ductas esse legimus quaeque a posterioribus imperatoribus si non auctae at aequiperatae sunt. Audimus haec funera secutos esse ordines senatorium et equestrem, magistratus et sacerdotes, varios numeros plene armatorum militum, luctum decretum esse annuum, iustitium indictum, fasces inversos, magistratus reliquisse sellas curules.[3]) Quae res non minus demonstrant quam decessum illum qui lugebatur habitum esse non iam pro familiari gentilive casu sed pro clade ipsius rei publicae.[4]) Ad funus igitur re vera publicum haec omnia pertinent. Atqui intellegitur haec luctus publici documenta non primum in funeribus imperatoriis usu venisse, immo per longius tempus aliud post aliud inventum et decretum esse. A Sullae putes funere, qui ex S. C. in campo Martio sepultus est, a Caesaris luctuosa concrematione publicum funus paullatim ad eam sollemnitatem conformatum esse, quo Augustum[5]) legimus Marcellum et Agrippam extulisse, qua postea

---

833/79 imp. Vespasianus Suet. Vesp. 19.
835/81 imp. Titus Suet. Dom. 2
851/97 Verginius Rufus Plin. ep. II. 1. 1
861/107 Licinius Sura Cass. Dio ep. 68. 15. 3
920/166 multi Iul. Capit. vit. Anton. 13
923/169 imp. L. Verus Spartian. Ael. Ver. 6
934/180 imp. M. Aurelius Iul. Capit. v. Ant. 7. 18.
947/193 imp. Pertinax Cass. Dio ep. 74. 5. 1 Capitol. Pert. 14. 15 Spartian. v. Severi 7
965/211 imp. Severus Spartian. v. Severi 19
971/217 imp. Caracalla Eutrop. VIII. 20 Spartian. Carac. 9 Iul. Capitol. v. Macrini 5.

1) cf. Muratori, dissertatione sopra le antichità Italiana tom. I. p. 339 sqq.

2) Silvam exemplorum collectam invenies apud Morcellium in lexico epigraph. II p. 67, ipsos cipporum titulos in eiusdem operum epigraphicorum voll. II. IV. V. Nonnullos, in quibus etiam laudationum fit mentio, exscripsi in Fleckeiseni annal. suppl. XVIII p. 466.

3) de singulis postea (p. 337) accuratius disputandum erit.

4) Sueton. de morte imp. Titi (11.) 'non secus atque in domestico luctu maerentibus publice cunctis'. Cons. ad Liv. 66 'luctus ut in Druso publicus ille fuit'. Suet. Iul. 84 'in summo publico luctu'. 'κοινὴν λύπην' Inscr. Gr. Ital. 760. 7.

5) Ipsum Augustum nonnulla novasse veri simile est cf. p. 335.

Digitized by Google

imperatores et ex domo divina mortui vel mortuae honorati sunt. Res singulae certis tribui annis[1]) non iam possunt nec magni interest. Scire autem funus publicum hoc modo sensim excultum esse non est sine fructu. Hinc enim possumus distinguere honores qui per saecula insequentia in municipiis decreti sunt. Ibi enim modo — atque ut videtur varie in variis provinciis[2]) — decernitur 'funus publicum', modo 'inpensae funeris', modo 'in funere HS ....', quae res depingunt gradus in urbe Roma variis temporibus usitatos licet uno nomine 'funeris publici' designatos. Sic intellegimus quomodo municipium Flavium potuerit alicui et 'inpensam funeris' et 'exsequias' decernere[3]) quidque voluerit pater ille, qui decreto funere publico 'honore usus impensam remisit'.[4])

Funus igitur publicum, quo decreto primitus sumptus funeris in aerarium translati sunt, sub finem rei publicae liberae et aevo Augusteo ita auctum est, ut res publica munus gentis et familiae totum in se susciperet et praeter sumptus etiam ordinem et sollemnitatem exsequiarum publice institueret.[5]) Eo pertinet imprimis ut etiam officium laudandi mortuom a re publica gentilibus demptum et magistratui mandatum sit.[6]) Gentiliane an publica haec fuerint munera in funeribus imperatoriis non sat dilucide apparet, in iis autem praecipue magis magisque publica facta sunt. Funus igitur publicum temporibus imperatoriis eodem modo quo loca sepulturae publice data et statuae publice decretae — hi enim tres honores semper pro diversis habiti sunt, semper in decretis et elogiis discernuntur, numquam uno nomine comprehenduntur[7]) — mortuom quasi eximit ex gentili cultu partemque honorum eius inter officia rei publicae ponit. Quasnam res curandas singulas in singulis funeribus res publica in se susceperit, quas propinquis reliquerit, non iam eruere possumus; in imperatorum funeribus 'patrum patriae' per se quasi gens et res publica conveniunt, in privatorum singula sunt nullius momenti neque accuratius a scriptoribus narrantur.

Res tamen publica curam et luctum suom nisi in imperatoribus non ultra sepulturam protulit. Sepulcri ipsius, cuius locum saepissime ordo decrevit, aedificatio videtur plerumque a propinquis

1) Pauca vide p. 338 not. 1 et 2.
2) vide p. 342.
3) vide p. 342 not. 5.
4) vide p. 343. C. I. L. XIV. 413.
5) 'publice quoque funeris expeditus est ordo' Iul. Capitol. v. Anton. phil. 7.
6) vide infra p. 338.
7) Hoc moneo cum viderim in indicibus corporis inscriptionum Latinarum interdum loca sepulcrorum et monumentorum publica sub 'funere publico' posita esse, quod ego quidem non ex opinione Romanorum factum esse persuasum habeo. Nempe vix decernebatur funus publicum quin daretur publice locus sepulturae, sed locus sepulturae decretus non indicat etiam funus a re publica susceptum.

Digitized by Google

perpetrata esse.[1]) Nec cultus Manium a re publica suscipiebatur nisi imperatorum et gentilium eorum, quibus flaminum collegia propria data[2]) quorumque dies atros partim quotannis Romae et in provinciis celebratos esse novimus.[3])

III. Quis decreverit.

Romae funus publicum a senatu decernebatur.[4]) Atque cum in dando loco sepulturae vel monumenti opus esset iussu populi[5]), senatus consultum sufficiebat ad erogandum iure funus publicum. Quodsi postea imperatores plerumque simpliciter dicuntur alicui funus publicum dedisse, primum certe ita res fieri solebat ut in senatu sententiam dicerent honoremque a patribus peterent.[6]) Ut in rebus maioribus sic in hac principis voluntas senatus consultum creabat, postea superfluom reddebat. In municipiis funus publicum decernitur a 'conscriptis', a 'decurionibus', ab 'ordine decurionum'.[7])

Num exstiterint praecepta vel usus secundum quae senatus solitus sit civibus Romanis decernere funus publicum nescimus.[8])

---

1) Raros puto esse tales titulos qualis est Cumanus (C. I. L. X. 3703) 'Sextiae L. f. KanI monumentum publice factum d(ecreto) d(ecurionum) c(oloniae) I(uliae), quod ea munifica erga coloniam fuit'. Eph. ep. III. 9.

2) cf. Marquardt St. V. III p. 433 sqq. Hirschfeld, Sitz. B. Berl. Ac. 1888 p. 833 sqq.

3) Quodsi in privatorum sacrificiis sollemnibus praeter propinquos magistratus parentabant, quod usu venisse tituli non pauci docent, fiebat ex testamento et magistratus apparebant non ex officio sed invitati.

4) cf. Dion. Hal. VI. 96 V. 48. 3 Val. Max. V. 1. 1 V. 2. 10 Cass. Dio 46. 51. 2 Suet. Vit. 3 Tac. ann. IV. 15 VI. 11 XIII. 2. Mera neglegentia est quod Plutarchus (Popl. 23) in fabella, cuius veritatem supra (p. 322 not. 2) illustravimus, dicit: ὁ δῆμος ... ἐψηφίσατο δημοσίᾳ ταφῆναι τὸ σῶμα.

5) cf. Liv. IX. 46 Cic. de dom. 53. 136 ad Attic. IV. 2. 3 C. I. L. I. 635 'C. Poplicio L. f. Bibulo aed(ili) pl(ebis) honoris virtut[i]sque caussa senatus consulto populique iussu locus monumento quo ipse postereique eius inferrentur publice datus est'. In municipiis locus datur decurionum decreto, interdum tamen populus videtur rogatus esse, cf. tit. Tiburt. C. I. L. XIV. 3674 'locus sepulturae datus voluntate populi decreto senatus Tiburtium'.

6) Tac. ann. III. 48 'sub idem tempus (Tiberius) ut mors Sulpici Quirini publicis exsequiis frequentaretur, petivit a senatu'. De Pisone Tac. ann. VI. 11 'Piso ... publico funere ex decreto senatus celebratus est' at Cass. Dio 58. 19. 5 'τὸν Πίσωνα (Tiberius) ... δημοσίᾳ ταφῇ ἐτίμησεν ὅπερ που καὶ ἄλλοις ἐχαρίζετο'. Cf. Cass. Dio 56. 47 'ἐπὶ μὲν οὖν τῷ Αὐγούστῳ τοσαῦτα λόγῳ μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας ἔργῳ δὲ ὑπό τε τοῦ Τιβερίου καὶ ὑπὸ τῆς Λιουίας ἐνομίσθη'.

7) Brevitatis causa dicitur decrevisse 'municipium' C. I. L. II. 3251. 3252 'res p(ublica)' C. I. L. X. 1784 in parte antica. cf. C. I. L. II. 2344.

8) De statuis ponendis videntur exstitisse talia praecepta. Ex Ciceronis verbis (or. Phil. IX. 1. 3) recte concluditur fuisse legem vel senatus consultum, quo legatum in legatione occisum statua honorandum esse iuberetur. Omnino nil quod sciam invenitur de pontificum in funere publico

Digitized by Google

Fortuna nobis bene consuluit servando complura decreta quibus aut senatus aut municipiorum ordines funus publicum dederunt. Primo loco stat Ciceronis sententia dicta in senatu mense Februario anni 711/43, qua petit ut Ser. Sulpicius Rufus, qui in legatione ad M. Antonium morbo obierat, honoretur statua pedestri aenea in rostris, funere et sepulcro publicis.[1]) Hanc Ciceronis sententiam licet pro senatus consulto habere, cum Pomponius testetur eam placuisse.[2]) Invenitur autem sententia in oratione Philippica IX., caput est septimum. (vide contextum p. 345 sq.)

Municipalia certe tria exstant decreta de funeribus publicis. Primum est Campanum aevi Augustei C. I. L. X. 3903 (vide p. 346) alterum Puteolanum C. I. L. X. 1784 anni p. Chr. 187, tertium repertum Siccae Africae Eph. ep. V. 628 = C. I. L. VIII. suppl. 15880 saeculi ut puto III vel IV. (vide pp. 350 et 352.)[3])

Funus igitur publicum decernitur a senatu vel ordine postulante aliquo. Qui praesidebat verba fecit de morte et breviter de meritis mortui, tum sententia dicta et probata est. Deinde eo tempore quo mos perfectus iam erat, consulibus vel duoviris mandatum est ut

---

officiis vel praeceptis, nisi quod in imperatorum funeribus agmen prosequebantur et rogum ambibant, cf. infra p. 338 not. 5. — De funeribus publicis legatorum et peregrinorum ex usu datis vide supra p. 325 et not. 4.

1) Cicero in illa oratione quam habuit ut sententiam commendaret multa facit verba de statuis ponendis et positis, quod P. Servilius hanc Sulpicio negabat, nihil dicit de funere publico. Neque in ipsa sententia haec propria verba inveniuntur. Cave tamen dicas Ser. Sulpicio omnino funus publicum decretum non esse. Sane pro eo quod in posterioris aevi decretis legimus 'funere per duoviros alterum ambosve locato' aut 'funus publicum ei decerni' Cicero volt simpliciter 'placere eum quam amplissume supremo suo die efferri' et remitti aedilium de funeribus edictum. Sed senatu vix dignum videtur edictum aedilium remittere ut funus quam amplissime fiat, neque ex aerario summam dare qua sumptus compensetur. — Quodsi quis in eo offendit quod non definitur pecunia secum reputet ne statuae quidem sumptus constitui.

2) Digg. I. 2. 2. 43 'Servius cum in legatione perisset, statuam ei populus Romanus pro rostris posuit et hodieque exstat pro rostris Augusti' (nimirum ibi statuta ab imp. Aug. cf. Sueton. Aug. 31).

3) Basis Abellana C. I. L. X. 1208 (vide p. 354) continueritne decretum ordinis de funere publico an de statua publice ponenda non liquet. Neque decretum est integrum; satis habuerunt parentes (?) caput et rogationem inscribendam curare, deest ipsum placitum. Nec de honore constat quem continuerit decretum Neapolitanum (Inscr. Graec. Ital. et Sicil. ed. Kaibel 760). Kaibelius ille quidem supplevit lin. 9/10 '. . . [καὶ θάπτειν αὐτὴν δαπάνῃ μὲν δημοσίᾳ, ἐπιμελείᾳ δὲ τῶν προσηκόντων'. Sed cum v. 14 legamus 'τὴν μὲν εἰς τὸν ἀνδριάντα δημοσίαν δαπάνην ἣν ἡ βουλὴ συμπαθοῦσα ἐψηφίσατο' cautius puto supplere ut feci (vide p. 355). Neque verba lin. 11 'καὶ εἰς ταῦτα ἐξοδιάζειν' intellegenda sunt de funere publico, circumscribunt 'εἰς κηδείαν' vocabula. In titulis autem eiusdem voluminis Kaibeliani 757 et 758 (= C. I. L. X. 1489. 1490) verba fiunt de loco sepulturae, non de funere publico. Ordo decernit tantum in priore λιβ(ανωτοῦ) λ(ίτρας) κ mittendas in solacium parentum.

Digitized by Google

exsequerentur decretum. Hi per quaestores[1]) officio fungebantur. Quaestores funus locabant sumptusque ex aerario solvebant. Locato funere officia singula ut in privatis funeribus ab iis perpetrabantur qui Libitinam exercebant. Consentaneum est ut funera privata ampliora sic publica semper indicta esse.[2]) Nec minus veri simile est in funeribus publicis interdum ludos datos esse.[3]) Ut in privatis funeribus qui funus fecit etiam ludos fecit, sic putes rem publicam cum funus locaret etiam ludos locasse. Quamquam fontes nostri de hac re tacent.[4])

---

1) Res per se veri similis comprobatur licet de funere regis peregrini verbis Val. Max. V. 1. 1 '(senatus) quaestorem misit qui (Perseum) publico funere efferret'. — Quod idem (V. 2. 10) dicit 'M. Cornuto praetore funus Hirtii et Pansae iussu senatus locante', M. Cornutus praetor urbanus vices gerit consulum occisorum. Hoc exemplum quod probatur Ciceronis sententia de monumento caesorum militum publice locando (or. Phil. XIV. 37) addas et secundum id compleas ea quae dixit Mommsenus Staatsr. I³ p. 652. — Sen. de tranqu. an. XI. 10 translate loquitur cum dicit 'dum illi (Ptolemaeo) heres (imp. Gaius) publicum funus esurienti locat'. In narratiuncula Suetoniana (Vesp. 19) quinam fuerint 'procuratores' funeris Vespasiani, cum quibus Favori mimo res est, non liquet.

2) 'Funere indicto' Suet. Iul. 84 de Caesaris exsequiis cf. p. 325 not. 5. Praeco ille, qui privata funera indictiva formula sollemni indicebat, videtur inter libitinarios fuisse, at in funere publico conicias praeconem consulis vel duoviri, cui funus locandum erat, officio indicendi functum esse.

3) Indictio autem funeris minime ad ludos pertinet. Nil tale inest in formula illa antiqua indicendi, neque ego locum Cic. de legg. II. 24. 61 'Reliqua sunt in more funus ut indicatur si quid ludorum dominusque (domusque cod.) funeris utatur accenso et lictoribus' recte esse traditum mihi persuadere possum. At Mommseni coniectura (St. R. I³ p. 391. 6) qui legit 'r. s. i. m.: funus ut indicatur; si quid ludorum dominus f. u. a. et l.' constructionem corrumpit. Sensum recte constituit; neque enim conveniret dominum funeris utique in funere habere fasces, cum ipsi magistratus in luctu deponerent. At si ludi funus sequebantur opus erat ei, qui edendis praeerat, potestate aliqua licet ficta. Nec cogitari potest cur funus indictum sit si ludi essent, si alias non sit indictum. Accedit quod ludi funebres, quibuscum non sunt confundendae pyrrichae circa rogum militum (cf. p. 338 n. 6) plerumque, certe semper si corpus cremaretur (cf. Luebbert, comment. pontif. p. 75 sqq.), nono post funus die habebantur. Festi locus (Qu. XV. 8 p. 144. 24) 'simpludiarea funera sunt quibus adhibentur dumtaxat ludi corbitoresque. quidam ea dixerunt esse quibus neutrum genus interesset ludorum. nam indictiva sunt quibus adhibentur non ludi modo sed etiam desultores quae sunt amplissima', dum ne 'indictiva' vocabulum falso sit interpositum ex glossemate, definitionem huius verbi dat per accidens, rectius ille alio loco 'indictivom funus, ad quod per praeconem evocabantur'. Ciceronis autem verba sic puto esse emendanda 'reliqua sunt in more, funus ut indicatur <et>, si quid ludorum, dominus <qui est> funeris utatur accenso et lictoribus'.

4) 'Ludos, quos primos consecrato (Iulio) ei heres Augustus edebat' (Suet. Iul. 88) ipse Caesar Veneri Genetrici voverat (Cass. Dio 45. 7). Post Augusti consecrationem videntur et publice et privatim ludi editi esse. Cass. Dio 56. 46 'καὶ οἱ τὰ μὲν ἄλλα ὥσπερ εἰώθει γίγνεσθαι ἔπραξαν . . . χωρὶς δὲ τούτων καὶ ἡ Λιουία ἰδίαν δή τινα αὐτῷ πανήγυριν ἐπὶ

Digitized by Google

IV. De pompa atque apparatu funeris publici.

Quale primo post Chr. n. saeculo communis opinio intellexerit funus publicum, illustratur bene verbis Quintiliani in declamatione 329.[1]) Rhetor negat corpus tyranni ab ipso interfecti publice funerandum esse, dicit 'corpus illud omnibus sibique ipsi damnatum publicis scilicet exsequiis efferemus? hoc agite: ducatur ingens funeris pompa, eat primus senatus et ordo ille sanctissimus .... tum maxima multitudo equitum, universus denique populus lustret atque ambiat rogum .... an aliquis etiam rostra conscendet et (qui supremus claris civibus honor habetur) advocata populi contione laudes eius quem in foro sepulturi sumus concinet?'

Accuratas funerum sollemnium descriptiones non habemus nisi Caesareorum. Apparet ea eximia cum magnificentia et splendidissimo apparatu ducta esse, neque vero potest dubium videri quin et ea res principales cum privatorum funeribus publicis communes habuerint et privatorum exsequiae publicae ad exempla imperatoria amplificatae sint.[2]) Eorum igitur vestigia sunt premenda.

C. Iulii Caesaris funus, quod publicum fuisse iam monuimus, licet scriptores verbo non utantur, describunt Suetonius Cassius Dio[3]) Appianus[4]), quorum unius verba exscribenda puto atque Suetonii, qui plurimum conferat ad cognoscendos ritus funeraticios. Sunt vitae divi Iulii in capite 84 haec verba: 'Funere indicto rogus exstructus est in Martio campo iuxta Iuliae tumulum et pro rostris aurata aedes ad simulacrum templi Veneris Genetricis collocata; intraque lectus eburneus auro ac purpura stratus et ad caput tropaeum cum veste in qua fuerat occisus. Praeferentibus munera, quia suffecturus dies non videbatur, praeceptum ut omisso ordine quibus quisque vellet itineribus urbis portaret in campum. Inter ludos[5]) cantata sunt quaedam

---

τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν ἣ καὶ δεῦρο ἀεὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται'. Cf. Mommsen ad C. I. L. I p. 385 Marquardt St. V. III p. 449.

1) p. 295. 23 Ritter.

2) Singula non mirum est nobis non tradita esse. At ne nimis multa funeribus hominum non imperatoriae dignitatis demamus monet portatio civis Perusini ad rogum per 'equites Romanos facta' cf. C. I. L. XI. 1946 p. 357. Nil nos iuvant his in quaestionibus monumenta figurata; neque enim ea quae ego quidem noverim quidquam habent quod funeris publici proprium splendorem demonstret. Privata funera picta sunt in tabulis commemoratis a Marquardtio (Privatl. I² p. 352) et Baumeistero (Denkmäler I p. 309) et Huelsseno (Mitth. d. Arch. Inst. Rom. V. [1890] p. 72). Neve putes ea funera singularem propter apparatum et publicum maerorem ab artificibus proposita esse; quid propius erat in honorem mortui arte pingi quam funeris pompam?

3) 44. 35—51.

4) b. c. II. 143—148.

5) Intellege non ludos funebres sed ioca illa, quae ut in triumpho sic in ipsa pompa ducenda dicebantur vel agebantur a mimis.

Digitized by Google

ad miserationem et invidiam caedis eius accommodata ex Pacuvi Armorum iudicio „Men servasse ut essent qui me perderent?“ et ex Electra Atili ad similem sententiam. Laudationis loco consul Antonius per praeconem pronuntiavit senatus consultum, quo omnia simul ei divina atque humana[1]) decreverat, item iusiurandum, quo se cuncti pro salute unius astrinxerant; quibus perpauca a se verba addidit. Lectum pro rostris in forum magistratus et honoribus functi detulerunt. Quem cum pars in Capitolini Iovis cella cremare pars in curia Pompei destinaret, repente duo quidam gladiis succincti ac bina iacula gestantes ardentibus cereis succenderunt confestimque circumstantium turba virgulta arida et cum subselliis tribunalia quicquid praeterea ad domum aderat congessit. Deinde tibicines et scenici artifices vestem, quam ex triumphorum instrumento ad praesentem usum induerant, detractam sibi atque discissam iniecere flammae et veteranorum militum legionarii arma sua quibus exculti funus celebrabant, matronae etiam pleraeque ornamenta sua, quae gerebant, et liberorum bullas atque praetextas. In summo publico luctu[1]) exterarum gentium multitudo circulatim suo quaeque more lamentata est praecipueque Iudaei qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt.'

Augusto pompas funeris maxime cordi fuisse scriptores docent. Attiam matrem (712/42) et Sphaerum paedagogum (714/40) extulisse publice, Marcellum (731/23) funere publico et multis honoribus ornasse, Agrippam denique (742/12) ἐν τῷ τρόπῳ ἐν ᾧ καὶ αὐτὸϲ μετὰ ταῦτα ἐξηνέχθη funerasse traditur. Mortua Octavia sorore (743/11) δημόϲιον τὸ πένθοϲ ἀλλαξαμένων τὴν ἐϲθῆτα τῶν βουλευτῶν ἐγένετο. Drusus (745/9) ingenti et luctuosa pompa e Germania translatus a viris senatorii et equestris ordinis ad rogum portatus et honoribus cumulatus est[2]), quae omnia perbene narrantur in consolatione ad Liviam. Versus carminis, quod ego quoque potius eiusdem esse aevi cuius sunt res, quam posterioris credo, adpono ad res illustrandas potissimos 167 sqq.

'Quin etiam corpus matri vix vixque remissum
exsequiis caruit, Livia, paene suis.
Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis
inter quae periit ponere certus erat:[3])
Abstulit invitis corpus venerabile frater
et Drusum patriae quod licuitque dedit.
Funera ducuntur Romana per oppida Drusi —
heu facinus — per quae victor iturus erat.

1) Haec Suetoni verba paene clamare Caesaris funus fuisse publicum neminem puto negaturum, cf. p. 325 not. 5.
2) Tac. ann. III. 5 Suet. Claud. 1. Liv. per. 142 Sen. ad Marc. III. 1 Cass. D. 55. 2. 3.
3) cf. p. 324 not. 5.

Per quae deletis Raetorum venerat armis,
ei mihi, quam dispar huic fuit illud iter.
Consul init fractis[1]) maerentem fascibus urbem:
quid faceret victus, sic ubi victor init?
Maesta domus plangore sonat, quoi figere laetus
parta sua dominus voverat arma manu.
Urbs gemit et voltum miserabilis induit unum:
gentibus adversis forma sit illa precor.
Incerti clauduntque domos strepitantque per urbem
hic illic pavidi clamque palamque dolent.
Iura silent mutaeque tacent sine vindice leges,
aspicitur toto purpura nulla foro.[2])
Dique latent templis neque iniqua ad funera voltus
praebent nec poscunt tura ferenda foco.[3])
Obscuros delubra tenent; pudet ora colentum
aspicere invidiae quam meruere metu.'

Porro v. 199

'Obvia turba ruit lacrimisque rigantibus ora
consulis erepti publica damna refert.
Omnibus idem oculi, par est concordia flendi,
funeris exsequiis adsumus omnis eques,
omnis adest aetas, maerent iuvenesque senesque
Ausoniae matres Ausoniaeque nurus.
Auctorisque sui praefertur imagine maesta
quae victrix templis debita laurus erat.
Certat onus lecti generosa subire iuventus
et studet officio sedula colla dare.
Et voce et lacrimis laudasti Caesar alumnum
tristia cum medius rumperet orsa dolor .....
217 Armataeque rogum celebrant de more cohortes:
Has pedes exsequias reddit equesque duci.
Te clamore vocant iterumque iterumque supremo
ac vox adversis collibus icta redit .....
253 Flamma diu cunctata caput contingere sanctum
erravit posito lenta sub usque toro .....
259 Stabis et in rostris tituli speciosus honore
causaque dicemur nos tibi Druse necis.'

---

1) Magistratu mortuo fasces proferebantur inversi (Tac. ann. III. 2 Serv. ad Aen. XI. 93), eos frangi nemo puto scriptor antiquos testatur. 'Fractis fascibus' coniungenda igitur sunt vocabula cum 'maerentem' et interpretanda 'urbem lugentem ob mortuom consulem', ut 'fractis' quod dicitur de morte hominis transferatur ad imaginem.

2) vide p. 339 not. 4.

3) 'rogo' ed. Rom. Baehrensii coniecturam recepi licet minime certa sit, cum foeda interpolatio alicuius Itali, qui locum plane non intellexit, potuerit loco movere quodlubet vocabulum bissyllabum ex. gr. 'sibi'.

Digitized by Google

Adde verba quae poeta ipsi Druso dat:

459 'Cingor Apollinea victricia tempora lauro
et sensi exsequias funeris ipse mei:
decursusque virum notos mihi donaque regum
victaque per titulos oppida lecta suos,
et quo me officio portaverit illa iuventus
quae fuit ante meum tam generosa torum;
denique laudari sacrato Caesaris ore
emerui lacrimas elicuique deo'.

Videmus igitur Augusto non defuisse occasiones excolendi et amplificandi honores funeris publici. Sine dubio ipse multa primus fieri iussit, ut Tacitus in funere Drusi recte distingueret 'cuncta a maioribus reperta aut quae posteri invenerint'. Nec neglexit ante ipsius mortem conscribere volumen 'quo mandata de funere suo complexus est'.[1]) Quod senatum in decernendis honoribus secutum esse si ponemus non errabimus, licet nemo testetur. Atque etiam ultra Augusti praecepta senatus progressus est: 'ex (honoribus) qui maxime insignes visi, ut porta triumphali duceretur funus, Gallus Asinius, ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur, L. Arruntius censuere ...... conclamant patres corpus ad rogum umeris senatorum ferendum. Remisit Caesar adroganti moderatione populumque edicto monuit ne, ut quondam nimis studiis funus divi Iulii turbassent, ita Augustum in foro potius quam in campo Martis sede destinata cremari vellent. Die funeris milites velut praesidio stetere.'[2]) Multis verbis describit hoc amplissimum funus Cassius Dio[3]), sed suspicionem vix removebis Dionem hanc descriptionem fecisse ob oculos habentem funus Pertinacis quod ipse vidit.[4])

Augusti praecepta de funere suo et senatus decreta videntur posteris imperatoriis funeribus exemplo fuisse.[5]) Invenimus apud scriptores nomen 'imperatorium funus'.[6]) Descriptio optima exstat apud Cassium Dionem, qui funeri imaginario Pertinacis ipse adfuit ideoque hoc in loco dignissimus est cui fides habeatur. Narrat Dio

1) Suet. Aug. 101 Cass. Dio epit. 56. 33. 1.
2) Tac. ann. I. 8 cf. Suet. Aug. 100 Cass. Dio 56. 46.
3) 56. 31. 2—43. 1.
4) Malui igitur hanc omittere, exscribere illam quam ex visu fecit.
5) Cass. Dio 59. 3. 7 τόν τε Τιβέριον .... τῶν αὐτῶν τῷ Αὐγούστῳ τιμῶν παρὰ τῆς βουλῆς ἀξιώσας 60. 35. 2 (Claudius) ἔτυχε δὲ καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῶν ἄλλων ὅσων ὁ Αὔγουστος. Tac. ann. XII. 69 'Caelestesque honores Claudio decernuntur et funeris sollemne perinde ac Divo Augusto celebratur. (Quae secuntur verba 'aemulante Agrippina proaviae Liviae magnificentiam' cave interpreteris de funere privato, nam ἐπὶ μὲν οὖν Αὐγούστῳ τοσαῦτα λόγῳ μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας ἔργῳ δὲ ὑπό τε τοῦ Τιβερίου καὶ τῆς Λιουίας ἐνομίσθη Cass. Dio 56. 47.) Suet. Claud. 45 'funeratus est sollemni principum pompa'. Otho autem 'celeriter, nam ita praeceperat, funeratus est'. Suet. Otho 11.
6) vide infra p. 344.

Digitized by Google

haec[1]): ʽἡ δὲ δὴ ταφὴ καίτοι πάλαι τεθνηκότος αὐτοῦ τοιάδε ἐγένετο. ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ βῆμα ξύλινον ἐν χρῷ τοῦ λιθίνου κατεσκευάσθη καὶ ἐπ' αὐτοῦ οἴκημα ἄτοιχον περίστυλον ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ πεποικιλμένον ἐτέθη, καὶ ἐν αὐτῷ κλίνη ὁμοία κεφαλὰς πέριξ θηρίων χερσαίων τε καὶ θαλασσίων ἔχουσα ἐκομίσθη στρώμασι πορφυροῖς καὶ διαχρύσοις κεκοσμημένη καὶ ἐς αὐτὴν εἴδωλόν τι τοῦ Περτίνακος κήρινον σκευῇ ἐπινικίῳ εὐθετημένον ἀνετέθη καὶ αὐτοῦ τὰς μυίας παῖς εὐπρεπής, ὡς δῆθεν καθεύδοντος, πτεροῖς ταῶνος ἀπεσόβει. προκειμένου δ' αὐτοῦ ὅ τε Σεουῆρος καὶ ἡμεῖς οἱ βουλευταὶ αἵ τε γυναῖκες ἡμῶν προσῄειμεν πενθικῶς ἐσταλμένοι· καὶ ἐκεῖναι μὲν ἐν ταῖς στοαῖς, ἡμεῖς δὲ ὑπαίθριοι ἐκαθεζόμεθα. κἀκ τούτου πρῶτον μὲν ἀνδριάντες πάντων τῶν ἐπιφανῶν Ῥωμαίων τῶν ἀρχαίων ἔπειτα χοροὶ παίδων καὶ ἀνδρῶν θρηνώδη τινὰ ὕμνον ἐς τὸν Περτίνακα ᾄδοντες παρῆλθον· καὶ μετὰ τοῦτο τὰ ἔθνη πάντα τὰ ὑπήκοα ἐν εἰκόσι χαλκαῖς ἐπιχωρίως σφίσιν ἐσταλμένα καὶ τὰ ἐν τῷ ἄστει αὐτῷ γένη, τό τε τῶν ῥαβδούχων καὶ τὸ τῶν γραμματέων τῶν τε κηρύκων καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐφείπετο. εἶτ' εἰκόνες ἧκον ἀνδρῶν ἄλλων, οἷς τι ἔργον ἢ καὶ ἐξεύρημα ἢ καὶ ἐπιτήδευμα λαμπρὸν ἐπέπρακτο, καὶ μετ' αὐτοὺς οἵ τε ἱππεῖς καὶ οἱ πεζοὶ ὡπλισμένοι οἵ τε ἀθληταὶ ἵπποι καὶ τὰ ἐντάφια, ὅσα ὅ τε αὐτοκράτωρ καὶ ἡμεῖς αἵ τε γυναῖκες ἡμῶν καὶ οἱ ἱππεῖς οἱ ἐλλόγιμοι οἵ τε δῆμοι καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει συστήματα ἐπέμψαμεν· καὶ αὐτοῖς βωμὸς περίχρυσος ἐλέφαντί τε καὶ λίθοις Ἰνδικοῖς ἠσκημένος ἠκολούθει. (5.) ὡς δὲ παρεξῆλθε ταῦτα, ἀνέβη ὁ Σεουῆρος ἐπὶ τὸ βῆμα τὸ τῶν ἐμβόλων καὶ ἀνέγνω ἐγκώμιον τοῦ Περτίνακος. ἡμεῖς δὲ πολλὰ μὲν καὶ διὰ μέσου τῶν λόγων αὐτοῦ ἐπεβοῶμεν τὰ μὲν ἐπαινοῦντες τὰ δὲ καὶ θρηνοῦντες τὸν Περτίνακα, πλεῖστα δὲ ἐπειδὴ ἐπαύσατο. καὶ τέλος μελλούσης τῆς κλίνης κινηθήσεσθαι πάντες ἅμα ὠλοφυράμεθα καὶ πάντες ἐπεδακρύσαμεν. κατεκόμισαν δὲ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ βήματος οἵ τε ἀρχιερεῖς καὶ αἱ ἀρχαὶ αἵ τε ἐνεστῶσαι καὶ αἱ ἐς νέωτα ἀποδεδειγμέναι καὶ ἱππεῦσί τισι φέρειν ἔδοσαν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πρὸ τῆς κλίνης προῄειμεν καί τινες ἐκόπτοντο ἑτέρων πενθιμόν τι ὑπαυλούντων· ὁ δ' αὐτοκράτωρ ἐφ' ἅπασιν εἵπετο καὶ οὕτως ἐς τὸ Ἄρειον πεδίον ἀφικόμεθα. ἐπεσκεύαστο δὲ ἐν αὐτῷ πυρὰ πυργοειδὴς τρίβολος ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ μετὰ ἀνδριάντων τινῶν κεκοσμημένη καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἄκρας ἅρμα ἐπίχρυσον, ὅπερ ὁ Περτίναξ ἤλαυνεν. ἐς οὖν ταύτην τὰ ἐντάφια ἐνεβλήθη καὶ ἡ κλίνη ἐνετέθη καὶ μετὰ τοῦτο τὸ εἴδωλον ὅ τε Σεουῆρος καὶ οἱ συγγενεῖς τοῦ Περτίνακος ἐφίλησαν. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ βῆμα ἀνέβη, ἡμεῖς δὲ ἡ βουλὴ πλὴν τῶν ἀρχόντων ἐπὶ ἴκρια, ὅπως ἀσφαλῶς τε ἅμα καὶ ἐπιτηδείως τὰ γινόμενα θεωρήσωμεν. οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ ἡ ἱππὰς τὸ τέλος προσφόρως σφίσιν ἐσκευασμένοι, οἵ τε ἱππεῖς οἱ στρατιῶται καὶ οἱ πεζοὶ περὶ τὴν πυρὰν πολιτικάς τε ἅμα καὶ ποιητικὰς διεξόδους διελίττοντες διεξῆλθον· εἶθ' οὕτως οἱ ὕπατοι

1) epit. 74. 4. 2—5. 5.

Digitized by Google

πῦρ ἐς αὐτὴν ἐνέβαλον. γενομένου δὲ τούτου ἀετός τις ἐξ αὐτῆς ἀνέπτατο.' Funus et consecrationem imperatoris Severi copiose narrat Herodianus[1]), quem tamen post Dionem me exscribere non videtur opus esse.

Ex his igitur potissimum[2]) descriptionibus coniunctis cum rebus ab aliis scriptoribus vel in titulis commemoratis lineae principales imaginis funeris publici quod his saeculis duci solebat designandae erunt. Sunt autem hae:

Expositio corporis mortui (vel imaginis) in foro,
Contio totius populi praesentibus ordinibus senatorio et equestri, virorum et mulierum,
Pompa militum,
Imaginum comitatio amplificata,
Laudatio a magistratu habita,
Portatio mortui per honoratos viros,
Agmen magistratuum et pontificum,
Ludi militares circa rogum,
Incensio rogi per magistratus.

Plerasque has res aperte cernitur ad mores funeris privati formatas esse. Primum cum dominus funeris non sit paterfamilias sed res publica vel magistratus ab ea ut ita dicam legatus, corpus mortui non collocatur in atrio sacratissima aedium parte sed in foro i. e. in atrio rei publicae.[3]) Deinde ut propinqui in domo funesta ita ordines et populus in foro coeunt vestibus et positis ornamentis luctum testantes.[4]) Maximum autem splendorem adferebat funeri impera-

1) ab exc. div. Marci IV. 2.

2) Appiani descriptio funeris Sullae (b. c. I. 105—106) num ad testem redeat qui suis viderit oculis, si nil aliud dubium est. Certe C. Marci Coriolani funus secundum sui aevi mores describit Dionysius Halicarnassensis (A. R. VIII. 59 vol. III p. 1647 R.). Circumscribit potius quam describit Iustiniani imp. funus Corippus (in laud. Iustin. I. 226 sqq. III. 1—61).

3) Hoc primus fecisse videtur Antonius in funere Caesaris, namque ex Appiani testimonio de Sulla (I. 106 p. 672_{21} M.) nil efficitur nisi pompam funebrem ut in funeribus privatis ante rostra constitisse ut laudatio haberetur. Deinde Augustus (Cass. Dio 54. 28. 3) et sequentes (Cass. Dio 59. 3). Etiam in hominum alienorum a domo Augusta funeribus id factum esse testantur Plin. ep. II. 1. 6 titulique Beneventanus C. I. L. IX. 1783 et Campanus X. 3903. Emendandum esse puto locum Taciti ann. III. 5. Post mortem Germanici narrantur fuisse 'qui publici funeris pompam requirerent' et indignantium describuntur cogitationes. Hae finiuntur sententia hac: 'ubi illa veterum instituta, propositam toro effigiem, meditata ad memoriam virtutis carmina et laudationes et lacrimas vel doloris imitamenta'. Mihi non dubium videtur quin Tacitus scripserit 'foro'; nam 'toro' utique collocatum est corpus Germanici; hoc erat omnis funeris, funeris publici quod desiderabatur erat proponi corpus in foro.

4) cf. Tac. ann. III. 4. App. I. 106 C. Dio l. s. l. Herodian. IV. 2. 3.

torio praesentia militum armis fulgentium.[1]) Iam imaginum pompa in funeribus privatis conclusa intra gentiles amplificatur additis personis eorum qui in re publica vel alias eminuere.[2]) Non minimus deinde funeris publici honos in eo versabatur, quod laudes mortui ab oratore quem civitas in hoc officium constituebat publice dicebantur.[3]) E foro ad rogum portabatur lectus a viris nobilibus[4]), cum in funere privato hoc officium conveniret filiis vel libertis. Comitantur autem exsequias non solum propinqui sed magistratus et maiores et minores atque etiam pontifices, qui rogum ambeunt.[5]) Spectaculum augebatur decursu ludisque militaribus circa rogum, in quibus equites et pedites cernebantur.[6]) Neque incensio rogi honore carebat, fiebat enim ex mandato publico ut videtur aut per centuriones[7]) aut per consules[8]) aut per successorem imperatoris.[9])

1) Quod sciamus milites primum in funere Augusti iussu imperatoris aderant. Tacitus ex animo liberae rei publicae studioso invehitur in hanc rem novam (ann. I. 8 cf. III. 4). Quodsi funeribus Sullae et Caesaris scriptores referunt milites armatos adfuisse, res ita expedienda est ut reputemus veteranos ultro funus prosecutos esse (cυνέδραμον γὰρ cπουδῇ App. b. c. I. 106). Lucanus igitur fingens funus publicum quale Pompeio fieri debuerit (VIII. 729 sqq.) sui temporis ritum in anterius refert cum scribit (734.) 'totus ut ignem proiectis (sic recte codd. scilicet eodem sensu quo dicitur vocabulum ab Hosio propositum 'protentis', cf. exempla veterum a Macrobio servata [VI. 4. 14 sq.] et Liv. XXXII. 25 'cum proiecto prae se clupeo staret' et Lucan. IV. 755 '[equi] oraque proiecta squalent arentia lingua') maerens exercitus ambiat armis'.

2) Inde a Romulo viri principales in Augusti funere personati aderant teste Dione 56. 34. 2, et in funere Severi ὅcοι Ῥωμαίων ἐνδόξωc ἐcτρατήγηcαν ἢ ἐβαcίλευcαν (Herodian. IV. 2. 10). Longius etiam progressus est Severus in funere Pertinacis, vide supra p. 336.

3) Conferas de laudationibus publicis dissertationem meam in Fleckeiseni annal. philol. suppl. XVIII. imprimis p. 456—66 et Addenda.

4) 'umeris senatorum' Tac. ann. I. 8 πρὸc τῶν ἐc νέωτα ἀρχόντων Cass. Dio epit. 56. 34. 2 οἵ τε ἀρχιερεῖc καὶ αἱ ἀρχαὶ αἵ τε ἐνεcτῶcαι καὶ αἱ ἐc νέωτα ἀποδεδειγμέναι καὶ ἱππεῦcί τιcι φέρειν ἔδοcαν Cass. Dio 74. 5. 2 οἱ τὴν ὕπατον ἀρχὴν τότε διέποντεc Herodian. IV. 1. 3 τοῦ τε ἱππικοῦ τάγματοc εὐγενέcτατοι καὶ τῆc cυγκλήτου ἐπίλεκτοι νεανίαι Herodian. IV. 2. 4 ἀπὸ τῆc βουλῆc ἄνδρεc εὔρωcτοι Appian. b. c. I. 106 οἱ λαμπρότατοι τῶν νέων ἐν τοῖc κατὰ πολέμουc ἔργοιc Dion. Hal. A. R. VIII. 59 'tribunorum centurionumque umeris cineres (Germanici) portabantur e Brundisio Romam' Tac. ann. III. 2. Idem Cordus apud Lucanum (VIII. 732) volt factum esse Pompeio 'ut Romana suum gestent pia colla parentem'. — Hic honor etiam in municipiis habitus est, cf. titulum Perusinum (C. I. L. XI. 1946) 'equites Romani eum ad rogum [ut deferrent]'.

5) πρῶτοι μὲν οἱ ἱερεῖc πάντεc περιῆλθον αὐτήν Cass. Dio 56. 42. 2, cf. Appian I. 106 p. 672_4 M.

6) cons. ad Liv. 217. Herodian. IV. 2. 9 ἱππαcία περὶ τὸ καταcκεύαcμα ἐκεῖνο γίγνεται πᾶν τε τὸ ἱππικὸν τάγμα περιθεῖ κύκλῳ μετά τινοc εὐταξίαc καὶ ἀνακυκλώcεωc πυρριχίῳ δρόμῳ καὶ ῥυθμῷ. cf. Cass. Dio l. l. p. 25.

7) C. Dio 56. 42. 3 δᾷδαc ἑκατόνταρχοι ὥc που τῇ βουλῇ ἐδόκει λαβόντεc ὑφῆψαν αὐτήν.

8) C. Dio l. l.

9) Herodian. IV. 2. 10.

Digitized by Google

Hi videntur fuisse splendores honoresque communes[1]) ipsarum exsequiarum quas res publica exhibebat. Nimirum in singulis singula addebantur ut in Augusti funere[2]), si quis postularat aliisque persuaserat. Imperatorum igitur funera exempla sunt, publica aliorum aliquanto modestiora sed in maximis rebus aequalia fuisse concludemus.

Praecedunt et secuntur ipsas exsequias res aliae quibus luctus et gratitudo publica ostendebatur. Consecrationes imperatorum et sepulcra publice data hic omittimus, tangemus sollemnitates decernendi et iustitium. Senatus cum consuleretur de funere publico erogando luctum prae se ferebat vestibus et sedibus mutatis.[3]) Atque ut in funere privato feriae servantur denicales, ita res publica decernit iustitium.[4]) Luctus a feminis ex decreto observabatur annuos.[5])

---

1) Dona etiam feralia a re publica esse missa consentaneum est. Tus publice datum occurrit in titulis. cf. p. 343.

2) cf. p. 335.

3) Cass. Dio 56. 31. 2 τῇ τε ὑςτεραίᾳ (postquam Augustus in urbem illatus est) βουλὴ ἐγένετο καὶ εἰς αὐτὴν οἱ μὲν ἄλλοι τὴν ἱππάδα ςτολὴν ἐνδεδυκότες ςυνῆλθον οἱ δ' ἄρχοντες τὴν βουλευτικὴν πλὴν τῶν ἱματίων τῶν περιπορφύρων· ὁ δὲ δὴ Τιβέριος καὶ ὁ Δροῦςος ὁ υἱὸς αὐτοῦ φαιὰν τὸν ἀγοραῖον τρόπον πεποιημένην εἶχον. καὶ τοῦ μὲν λιβανωτοῦ καὶ αὐτοὶ ἔθυςαν τῷ δ' αὐλητῇ οὐκ ἐχρήςαντο. ἐκαθέζοντο δὲ οἱ μὲν πολλοὶ ὥς που ἕκαςτος εἰώθει, οἱ δ' ὕπατοι κάτω ἐν τοῖς βάθροις ὁ μὲν τῷ τῶν ςτρατηγῶν ὁ δὲ τῷ τῶν δημάρχων. Signum maestitiae hanc mutationem sedium fuisse discimus a Tacito a. IV. 8 'consulesque sede volgari per speciem maestitiae sedentes honoris locique admonuit (Tib.)'.

4) cf. Ad. Nissen de iustitio p. 4—6, 148—150 Mommsen St. R. I[3] p. 263 sq. Brevius iustitium ex luctu publico indictum tractat E. Middell, de iustitio diss. Erlang. 1887 p. 61. Ideo non supersedeo rem accuratius discutere. Iustitium post mortem quae luctum publicum crearet indictum esse docent Gran. Licin. p. 44 (Sulla), Tac. a. I. 16, I. 50 (Augustus), Suet. Tib. 52 cf. Tac. a. II. 82 (Drusus), Tac. ann. III. 7 cf. Suet. Cal. 5 (Germanicus), Suet. Cal. 24 (Drusilla), Iul. Capitol. Anton. phil. 7 (Antonin. Pius); generaliter rem testantur Iuv. III. 212 'si magna Asturici cecidit domus, horrida mater, pullati proceres, differt vadimonia praetor', Lucan. II. 16 sqq. 'Ergo ubi concipiunt, quantis sit cladibus orbi constatura fides superum, ferale per urbem iustitium: latuit plebeio tectus amictu omnis honor, nullos comitata est purpura fasces', cons. ad Liv. 181 sqq. (vide p. 334.), Tac. ann. II. 82 'hos vulgi sermones audita mors (Germanici) adeo incendit, ut ante edictum magistratuum, ante senatusconsultum sumpto iustitio desererentur fora, clauderentur domus.' Cum ex hoc Taciti loco discamus iustitium in funere publico a senatu decretum, a magistratibus i. e. a consulibus indictum esse, accuratiora aliunde comperimus. In frustulo fastorum Ripaetransonensium (C. I. L. I p. 472 = IX. 5290. p. 472) suppleto a Mommseno (Res g. d. Aug.[2] p. 115 not.) legimus ad annum 757 '[VIIII K. Mart. C. Caesar] Aug. f. dec[essit in Lycia annum agens XXI]II. Romae iustit[ium indictum est] donec ossa eius in [ma]esol[aeum inferrentur]'. Apparet igitur per idem tempus quo privati novendial observabant in funere publico iustitium valuisse, ita tamen ut in funeribus imperatoriis tempus multo longius esset si quando corpus mortui procul arcessendum erat. Etiam post L. Caesaris Aug. f. mortem iustitium fuisse in lapide traditur, si recte Mommsenus ad eum rettulit fragmentum (C. I. L. VI. 895. 4 = I. 286 cf. p. 565)

Digitized by Google

V. Quibus decretum sit.

Honorabantur funere publico viri erga rem publicam bene meriti. Feminis videtur hic honor non ante Caesarem conti-

---

'mortem eius iustitio per con[sules indicto] omnes luxerunt'. Nec non in funere publico T. Flavii Sabini imp. Vespasiani fratris vadimonia differuntur, cf. Bullet. com. d. Rom. XI. 1883 p. 224 (vide p. 356). Iustitium in his domus divinae luctibus etiam per provincias decretum et observatum esse discimus et ex Tac. ann. I. 16. I. 50 et ex tabula Pisana, in qua quidem, quod Pisis casu tum nec magistratus nec praefecti iure dicundo erant, iustitii ipsius non fit mentio sed bene describitur, quibus rebus praeter vadimonia dilata monstratus sit luctus publicus. Tabula (C. I. L. XI. 1421) continet decretum ordinis sollemniter factum, quo rata fierent, quae facienda in luctu de C. Caesaris Aug. f. morte 'consenserant decuriones colonique'. Ex ea 'consensione' adscribo quae ad iustitium pertinent et ad diem atrum deinceps quotannis celebrandum (lin. 19—33) 'decuri[one]s colonique..... inter sese consenserunt pro m[ag]nitudine tantae ac tam inprovisae calamitatis oportere ex ea die, qu[a e]ius decesus nuntiatus esset, usqu[e] ad eam diem, qua ossa relata atque co[nd]ita iustaque eius mánibus perfecta essent, cunctos veste mutata templisqu[e d]eorum immortalium balnelsque publicls et tabernls omnibus clausls c[onv]ictibus sese apstinere, matronas, quae in coloniá nostra sunt, sublugere di[em]que eum, quo die C. Caesar obit, qui dies est a. d. VIIII k. Martias pro Alliensi lu[gub]rem memoriae prodi notarique in praesentia omnium iussú ac vo[lun]tate caverique nequod sacrificium publicum neve quae supplica[tio]nes nIve sponsalia nIve convivia publica postea in eum diem eo[ve d]ie qui dies erit a. d. VIIII k. Mart. fiant concipiantur indicantu[rve] nIve qui ludi scaenici circiensesve eo die fiant spectenturve ut[ique] eo die quod annis publice mánibus eius per magistrátus eosve qu[i Pi]sIs iure dicundo praerunt eodem loco eodemque modo quo L. C[aesa]ri parentari institutum est parentetur.' — Hanc descriptionem luctus publici per privatos amplificati supplent verba Suetonii (Cal. 5): 'quo defunctus est die (Germanicus), lapidata sunt templa, subversae deum arae, Lares a quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi.' Nimirum furoris haec sunt non doloris, qualem in terris meridianis hodie quoque nos miramur aut ridemus. Romanorum autem luctum etiam ab exteris nationibus probatum et aequatum esse audimus post mortem Germanici; Suet. (Cal. 5) enim dicit 'regum etiam regem et exercitatione venandi et convictu megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iustiti instar est'. Caligula videtur Romae iustitium etiam ad res privatas protulisse; Suet. 24 'eadem (Drusilla) defuncta iustitium indixit, in quo risisse lavisse cenasse cum parentibus aut coniuge liberisve capital fuit'. — In funere publico municipali iustitium videtur unius diei fuisse, cf. C. I. L. X. 3903 (vide p. 347.) 'vadimoniaque eius diei diff[ferantur]' et II. 1103 (a me suppletum). — E re videtur adnotare 'iustitium' temporibus posterioribus, id quod facile e rebus supra compositis (cf. praecipue Suetonii de Parthis verba) explicatur, significare 'allgemeine Trauer' Charis. ars gramm. p. 584. 4 K. 'iustitium dicitur luctus publicus', cf. Fulg. Planc. p. 19. Sidon. ep. II. 8 'decessit nudius tertius non absque iustitio matrona Filimatia'.

5) Ut hodie quoque fit, viros mox vita ad officia suscipienda reducebat, mulieres decretum observabant. Cass. Dio 56. 43. 1 τὸ δὲ δὴ πένθος τὸ μὲν ἐκ τοῦ νόμου οἱ μὲν ἄνδρες οὐ πολλαῖς ἡμέραις αἱ δὲ γυναῖκες ἐνιαυτῷ ὅλῳ κατὰ ψήφισμα ἐποιήσαντο. Gran. Licin. p. 44 'iustitium fuit matronaeque eum (Sullam) toto anno luxerunt'. Cass. Dio 58. 2 πένθος

gisse.[1]) Postea omnes feminae ut viri domus divinae, nisi si quid odii inter eas et imperatorem subesset, publice elatae sunt.[2]) Inde secutae sunt provinciae; tituli quidem fere aeque multi testantur funera publica mulierum ac virorum.[3]) Etiam adulescentibus origo divina dabat funus publicum. Augustus C. et L. filios publice extulit. Municipia et adulescentibus[4]) propter merita vel auctoritatem patris vel familiae et pueris[5]) decreverunt honorem eximium.

VI. Impensae publicae.

Non supersedeo adnotare quid sciamus de magnitudine pecuniae publice in funus datae.[6]) Funus imp. Vespasiani locatum erat sestertio centies.[7]) Nero, qui tamen dubites num publicis exsequiis sit honoratus, 'funeratus est impensa ducentorum milium'.[8]) Minores consentaneum est fuisse sumptus funerum privatorum publice locatorum. Rari quidem sunt numeri; e titulis Hispanicis unus (C. I. L. II. 1189) impensam funeris statuit dandam 'num. ~~IID~~'. Decies tanta summa in Italicis titulis legitur; Surrentinae inscriptiones bis (C. I. L. X. 680 et 688b) testantur 'in funere ~~HS~~ ↁ' decretos esse, semel in honorem pueri secundo vitae anno mortui, alterum in funere IIviri aedilis. Quibus exemplis collatis videtur probari Surrenti sumptus funerum publicorum ad unum omnium constitutos esse ex usu aut lege ~~HS~~ ↁ. Pompeis minus datur (C. I. L. X. 1019 et 1024); aedili et IIviro iure dicundo decernuntur in funere ~~HS~~ ∞ ∞.[9])

...ὐτῇ (Liviae senatus) παρ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ταῖς γυναιξὶν ἐπήγγειλαν. ...f. etiam Liv. II. 7 II. 16 Dion. Hal. IX. 27 VIII. 62. Et fragmentum ...logii sepulcralis mausolei Augusti (C. I. L. VI. 894. 2. 4 cf. add. p. 840) ...uod ex. gr. sic restituas: '[aegrotanti ex senatus cons]ultó vota per ...ónsules [dicta sunt..... mortem per annum viri femi]naeque luxerunt.'

1) C. enim Caesarem Octavianum ut Attia mater a. 712/42 publice ...uneraretur imperasse tradit C. Dio 47. 17. 6.

2) Scriptores testantur publica funera Liviae Drusillae Poppaeae.

3) C. I. L. II. 1089. 1130. 2021. 2345. 3370 Eph. ep. III. 9. C. III. ...137. V. 7483. IX. 28. 50. 737. 1783. 6097. X. 688. XII. 4244. 4399. ...IV. 413. Pars tantum harum feminarum sacerdotes vel magistrae ...erunt.

4) ex. gr. Salpesano adulescenti XIIX annorum C. I. L. II. 1186 ...f. XIV. 321.

5) puero VI ann. Brixiae (C. I. L. V. 4441), ann. VIII sed iam ...raef. fabr. Uriae (IX. 223) ann. I Surrenti (X. 680) ann. XIV Parentii ...V. 337).

6) videsis de sumptibus funerum generaliter agentem Friedlaenderum S. G. III[5] p. 117 sq.

7) Sueton. Vesp. 19.

8) Sueton. Nero 50.

9) Val. Max. V. 2. 10 'M. Cornuto praetore funus Hirtii et Pansae ...ssu senatus locante, qui tunc Libitinam exercebant cum rerum suarum ...um tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt, quia hi pro repu...ica dimicantes occiderant, perseverantique postulatione extuderunt ut ...sequiarum apparatus sestertio nummo ipsis praebentibus addiceretur'.

Digitized by Google

VII. De funeribus publicis municipalibus.

Saepius iam diximus secundum exempla Romana etiam in municipiis decreta esse funera publica. Itaque Apuleius[1]) potuit inducere Telyphronem Larisaeum narrantem 'ecce iam ad ultimum defletus atque conclamatus processerat mortuus rituque patrio utpote unus de optimatibus pompa funeris publici ductabatur per forum.'[2]) Haec funera ab ipsis municipiorum ordinibus decreta et a magistratibus municipalibus ducta esse consentaneum est. Quod ad funera Syphacis et Persei regum publice ducenda quaestores Tibur et Albam, quibus in oppidis captivi versabantur, a senatu Romano missi sunt, iam monuimus ea segreganda esse a ceteris.[3])

Antiquissimum funeris publici extra urbem Romam facti exemplum est C. Lucilii poetae a. 651/103 Neapoli publice elati, dum modo recte traditum sit.[4]) Inde ab Augusto in municipiis Italiae et provinciarum urbibus honorem communem fuisse et crebrum multi tituli docent, quos in appendice composui.

Decreta variis in provinciis varia testantur verba. In Hispania formula volgata est 'huic ordo .... impensam funeris, laudationem, locum sepulturae, statuam decrevit'; ordo tamen naturalis rerum interdum neglegitur. Ter additur 'exsequias publicas' vel 'exsequias'.[5]) Aliae formulae videntur exstitisse in titulis mutilis II. 1103.

1) Metam. II. 27.

2) Valde miratus sum etiam in novissimis Iustini editionibus (43. 5. 9) circumferri vetus mendum. Legitur ibi 'Massiliensium legati audiverant urbem Romanam a Gallis captam incensamque. Quamobrem domi nuntiatam publico funere Massilienses prosecuti sunt aurumque et argentum publicum privatumque contulerunt ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant. Ob quod meritum et immunitas illis decreta et locus spectaculorum in senatu datus et foedus aequo iure percussum.' Nimirum intellege '(urbem Romanam) Massilienses publico m u n e r e prosecuti sunt'. Prosequi aliquem beneficio, liberalitate usitatissimae sunt locutiones. 'Munus' autem et 'funus' saepe in codd. locum mutavere, cf. Frontin. strat. I. 12. 5 Lucan. VIII. 741.

3) vide p. 325. Notatu dignum est hominem municipalem publico funere sepultum esse Romae '[in campo Ma]rtio Caesa[ris indulgentia?]', si hoc recte concluditur ex fragmine lapidis C. I. L. IX. 5291, quod est fastorum, non cippi vel basis. cf. p. 358.

4) Hieron. ad Euseb. chron. a. Abr. 1914 'C. Lucius satirarum scriptor Neapoli moritur ac publico funere effertur anno aetatis XLVI'. Vix est dubium quin Hieronymus hanc notitiam sumpserit ex Suetonii libro de poetis. Atque ego quidem addendum puto potuisse Suetonium vel Hieronymum longiorem descriptionem hoc verbo postea demum technico facto contraxisse. Item iudicat Buechelerus qui non dubium putat esse quin Suetonius a R o m a n i s publice elatum Lucilium esse tradiderit, ut virum de rebus litterisque Romanis meritissimum describeret, et censet Hieronymi verba esse interpretanda: 'Neapoli moritur,' Romam tralatus 'publico funere effertur'.

5) Tituli sunt C. I. L. II. 3251 et 3252 Baesuccitani (vide p. 360). Eidem iuveni mortuo uterque positus est inscriptus in basi alter statuae a municipio Baesuccitano alter statuae a municipio Laminitano decretae.

Digitized by Google

1107. Ex apparatu singula non nominantur nisi turis pondo XXV (II. 1650). In ceteris provinciis non vitantur verba 'funus publicum' vel 'funus publice', notae quoque ponuntur 'f(unus) l(ocum) p(ublice)' inveniturque solum verbum 'funus' (C. I. L. IX. 737). In Italicis titulis legimus haud raro 'in funere HS.....' ex miro quodam ablativi usu.[1]) Semel (C. I. L. X. 1019) pecunia ita nominatur ut non dicatur, cui rei decreta sit. Tus hic quoque singillatim dicitur (C. I. L. V. 337 XIV. 321. 413).[2])

Ex his titulis putes eos, in quibus verba fiunt de 'funere publico' de 'exsequiis publicis' de 'laudatione', re vera testari funera a municipiis in se suscepta, cum ibi, ubi nominantur solum 'funeris impensae' vel dicitur 'in funere HS.....', credendum sit ordines in funus amplificandum propinquis pecuniam subministrasse, propinquos ipsos funus locasse.[3]) Utraque occasione familia haud raro 'honore accepto impensam remisit' h. e. modo contenta erat praesentia magistratuum et laudatione publica, modo honore decreti.[4])

VIII. De funere censorio.

Restat ut breviter absolvam quaestionem iam multis verbis a viris doctis disceptatam de funere censorio.[5]) Hoc funus loco amplissimi a Tacito scriptoribusque historiae Augustae nominatur.[6])

---

quas statuas ambas in patria mortui h. e. Baesuccis positas esse et consentaneum est et probatur repertis lapidibus. C. Sempronio Celeri a compluribus municipiis dantur impensa funeris, locus sepulturae, statuae, solum autem patrium Baesuccitanum, ubi re vera eum elatum et sepultum esse apparet, 'exsequias' decernit. Nimirum ibi solum mors eius pro luctu publico habebatur et corpus comitantibus magistratibus elatum est. — Eodem modo 'exsequiae publicae' et 'funeris impensa' videntur distiguenda esse in C. I. L. II. 2150. Neque aliud sibi volt titulus II. 1286, in cuius fine post commemorata laudationem, locum sepulturae, impensam funeris, clupeum, statuam dicitur 'eidemque omnes honores a populo et incolis habiti sunt', cf. etiam II. 4166. XIV. 321.

1) Ablativos est limitationis, cf. 'liberalis in populo'.

2) Tus etiam dat ordo publico funere non decreto C. I. L. X. 1489. 1490. Nimirum hae donationes publicae imitantur usum privatum, quo dona exsequialia in rogum saepe maxime varia et pretiosa dabantur, cf. Stat. silv. II. 1. 157 sqq., Marquardt v. priv. I² p. 382, h. vol. p. 339 not. 1.

3) cf. I. Gr. Sic. et It. ed. Kaibel 760., sive de statua ponenda ibi agitur sive de funere ducendo lin. 10 δαπάνῃ μὲν δημοςίαι, ἐπιμελείᾳ δὲ τῶν προςηκόντων. Nota interdum funeris impensas, nusquam 'funus publicum' a compluribus municipiis decerni.

4) Similiter familiam in statuis et locis sepulcri accipiendis se gessisse permultae docent subscriptiones monumentorum et basium.

5) cf. Guther de iure Manium Paris. 1615 p. 172 (in Graev. thes. Antiqu. XII p. 1165). Lipsius ad Tac. ann. p. 210 Nipperdey ad Tac. ann. III. 5 W. Becker, Gallus III p. 357 Marquardt, vit. priv. I² p. 351 not. 1 Mommsen St. R. I³ p. 441 not. 4 p. 460 not. 2.

6) Tac. ann. IV. 15 'ita quamquam novo homini (Lucilio Longo, Tiberii amico) censorium funus, effigiem apud forum Augusti publica

Digitized by Google

Gutherius Nipperdeius Beckerus intellegebant funus publicum a censore locatum.[1]) Quae sententia cum eo pugnat quod scimus funus publicum per consules vel duoviros locatum esse.[2]) Recte igitur Marquardtius et Mommsenus et ante eos iam Lipsius posuerunt funus dictum esse censorium in quo corpus vel imago toga censoria[3]) ornata esset. Nomen videtur inde ab Augusto, qui et ipse funere censorio elatus est[4]), in usu fuisse, puto quod Augustus in libello de funere haec ornamenta praeceperat. Honorem ab Augusto domui divinae destinatum[5]) Tiberius partitus est cum Lucilio Longo, novo homine at 'omnium illi tristium laetorumque socio', deinde alii privati accepere. Nec mihi dubium est quin nomine tantum, non re aut ornamentis diversum fuerit funus 'imperatorium'[6]) et 'censorium' et 'regium'[7]), quae omnia verba de imperatorum exsequiis dicta sunt. Cogitari potest iam temporibus liberae rei publicae funus sive privatum sive publicum ab ornamentis et fascibus mortui dictum esse consulare praetorium censorium, licet huius rei exempla non exstent[8]); certe aevo imperatorio ubiubi occurrit 'funus censorium' nil aliud

---

pecunia patres decrevere'. VI. 27 'extremo anni mors Aelii Lamiae funere censorio celebrata' XIII. 2 'decreti et a senatu duo lictores, flamonium Claudiale, simul Claudio censorium funus et mox consecratio'. Hist. IV. 47 'funusque censorium Flavio Sabino ductum' (cf. p. 356). Iul. Capitol. Pert. 15 'funus imaginarium ei et censorium ductum est et ab ipso Severo funebri laudatione ornatus est' Spartian. Sever. 7 'funus deinde censorium Pertinacis imagini duxit eumque inter divos sacravit'.

1) In eandem sententiam reccidit Bloch de decretis functorum magistratuum ornamentis Parisiis 1883 p. 35—39.

2) cf. supra p. 330.

3) quae in funere erat purpurea, cf. Mommsen St. R. I³ p. 411 cum not. 3 p. 441 not. 4. Quodsi Blochius l. l. offendit in eo quod Pertinacis imago (de hoc solo funere potest agi; Augustei descriptionem a Dione datam ac fictam esse ad Pertinacis supra monuimus) teste Dione qui funeri aderat, σκευῇ ἐπινικίῳ ornata erat, reputandum est censorem et censoria insignia eo tempore nisi ex funeribus non nota fuisse. Accedit quod Dio rem obiter tangit; certe eius testimonium nequit quassare fidem Polybii VI. 53, qui ipsa discrimina pungit.

4) compara Tac. ann. XII. 69 et XIII. 2.

5) Augusti filii videntur eo honorati esse, cf. C. I. L. VI. 895 (= I. p. 286) 'mortem eius (L.) iustitio per con[sules indicto] omnes luxerunt. censu[rae .... est (imago)] insignibus decorata cu[m efferretur]'. Is fere erat sensus elogii mutili.

6) Spartian. vit. Ael. Veri 6 'Lucius Ceionius Commodus Verus Aelius Caesar .... periit sepultusque est imperatorio funere neque quicquam de regia nisi mortis habuit dignitatem'.

7) Iul. Capitol. vit. Macr. 5 'mandavit collegae dudum suo praefecto praetorio ut munus suum curaret ac praecipue Antoninum honorabiliter sepeliret ducto funere regio'. Amm. Marcell. 21. 16. 60 'cum regia pompa' (Constantii funus).

8) Florus utitur l. l. p. 323 not. 2 verbis 'imperatoriis exsequiis'; significat nihil nisi amplissima funera.

Digitized by Google

valet nisi amplissimum funus[1]) quale imperatoribus ipsis duci solebat. Quae hoc nomine designantur funera erant decreta a senatu i. e. publica, nec tamen 'censorium funus idem est ac funus publicum', ut voluit Blochius l. l. p. 39.

IX. Documenta.

Decreta ordinum.

I.

Cic. orat. Philipp. IX. 7 'Quas ob res ita censeo: Quom Ser. Sulpicius Q. f. Lemonia Rufus difficillimo rei publicae tempore gravi periculosoque morbo adfectus auctoritatem senatus salutem rei publicae vitae suae praeposuerit contraque vim gravitatemque morbi contenderit, ut in castra Antonii, quo senatus eum miserat, perveniret isque, quom iam prope castra venisset, vi morbi oppressus vitam amiserit in maximo rei publicae munere, eiusque mors consentanea vitae fuerit sanctissime honestissimeque actae, in qua saepe magno usui rei publicae Ser. Sulpicius et privatus et in magistratibus fuerit: quom talis vir ob rem publicam in legatione mortem obierit, senatui placere Ser. Sulpicio statuam pedestrem aeneam in rostris ex huius ordinis sententia statui circumque eam statuam locum ludis gladiatoribusque liberos posterosque eius quoquoversus pedes quinque habere, quod is ob rem publicam mortem obierit, eamque causam in basi inscribi, utique C. Pansa A. Hirtius consules alter ambove, si iis videatur, quaestoribus urbis imperent, ut eam basim statuamque faciendam et in rostris statuendam locent, quantique locaverint tantam pecuniam redemptori attribuendam solvendamque curent; quomque antea senatus auctoritatem suam in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit, placere eum quam amplissume supremo suo die efferri, et quom Ser. Sulpicius Q. f. Lemonia Rufus ita de re publica meritus sit, ut iis ornamentis decorari debeat, senatum censere atque e re publica existimare aediles curules edictum, quod de funeribus habeant[1]), Ser. Sulpicii Q. f. Lemonia Rufi funeri remittere; utique locum sepulcro in campo Esquilino[2]) C. Pansa consul seu quo in loco videbitur pedes triginta quoquoversus adsignet, quo Ser. Sulpicius inferatur, quod sepulcrum ipsius liberorum posterorumque eius esset, uti quod optimo iure publice sepulcrum datum esset.'

1) *edictum quod de funeribus habeant.* De edictis aedilium conferas generaliter disputantes Thibaut civil. Abhandl. VIII., Mommsen St. R. I[3] p. 205 sqq. II p. 443 sqq. Edictum de funeribus putes fuisse partem edicti aedilium tralaticii, quam a nescio quo aedili confectam esse veri simile est secundum X. decemvirorum tabulam. Eius multa praecepta

1) Non inutile puto adnotare etiam anno 1592 p. Chr. 'funus censorium Alexandro Farnesio imperatori invicto celebratum' esse teste lapide apud Morcellium lexic. epigr. II p. 67. cf. p. 327.

Digitized by Google

tanguntur in Digg. XI. Ⱪ 7 'de religiosis et sumptibus funerum et ut funus ducere liceat' ad libros Ulpiani Pauli 'ad edictum' Gai 'ad edictum provinciale', cum edicti perpetui iussa de sumptibus funerum (Rudorff p. 100) redeant ad praetorem. Cum edicto aedilicio hoc antiquo videntur postea conglutinata esse praecepta legum sumptuariarum imprimis Corneliae (cf. M. Voigt, Ber. d. Sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1890 p. 244 sqq.), si recte Tacitus loco celeberrimo (III. 52) refert 'nam incipiente C. Bibulo ceteri quoque aediles disseruerant sperni sumptuariam legem'. Ciceronis locus de quo agimus suadet ut concludamus aedilium fuisse ius et officium in funerum impensas inquirere et pompa ne splendidior licito fieret operam dare. Particulam quandam edicti huius in mente habet Ovidius cum scribit (fast. VI. 663) 'adde quod aedilis pompam qui funeris irent artifices solos iusserat esse decem'. Ad aliam partem spectant verba basis prope pyramida Cestianam repertae (C. I. L. VI. 1357) 'ex venditione Attalicor(um), quae eis per edictum aedllis in sepulcrum C. Cesti ex testamento eius inferre non licuit' et ad aliam cippus urbanus (C. I. L. VI. 12389) 'in hoc monumento sive sepulc(ro) corp(us) per aedil(es) inferre licebit'. Alienus ab edicto aedilium est titulus C. I. L. VI. 1948 'Q. Haterius Q. l. Olympicus appar(itor) aedil(ium) permissu colle[g]ar(um) Hateriae Q. l. Successae coniugi plissimae v(ixit) a(nnis) XX fecit et sibi ollas duas'. Partes edicti aedilium videntur receptae esse in leges municipales, cf. legis coloniae Genetivae Iuliae capita 73 et 74. Nil cum funerum tuitione habet fragmentum senatus consulti scripti secundum praecepta Acciana, inventum prope portam Esquilinam (Bull. com. di Roma III. 1875 p. 194 = C. I. L. VI. 3823 p. 848). Hac in re erravit F. Wamser in diss. Giss. admodum diligenti et nitida 'de iure sepulcrali Romanorum quid tituli doceant' 1887 p. 52.

2) *in campo Esquilino.* Sepulcra publica solebant assignari in campo Martio διόπερ ἱεροπρεπέστατον νομίσαντες τοῦτον τὸν τόπον καὶ τὰ τῶν ἐπιφανεστάτων μνήματα ἐνταῦθα κατεσκεύασαν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Strabo V. p. 236. cf. Marquardt v. priv. I² p. 360 not. 12. C. I. L. IX. 5291 infra p. 358.

II.

C. I. L. X. 3903 Capuae, descr. Mommsenus.

Servata esse videntur huius vel cognati tituli sex fragmenta, VI. servavit Augustinus codex 3258 f. 56, quinque sunt in lapidibus Musei Neapolitani. Quattuor Fiorellius et Mommsenus feliciter coniunxere, Mommsenus supplevit, ita tamen ut mihi res retractanda maneret; VI. incertum est quid contineat numque ad hoc monumentum pertineat, V. videtur easdem res idemque nomen continere nec tamen cum I.—IV. potest in unum coniungi. Legi possunt fere haec:

(Vide p. 347.)

Fuit fortasse fragmentum V. in statua aliqua ex iis quae I.—IV. v. 15 commemorantur. Titulus is cuius sunt frustula I. II. III. IV. videtur habuisse versus c. 80 – 90 litterarum. Caput, cuius exstat v. 1, maioribus litteris pictum erat. Cogita in altera parte basis infuisse nomen et ipsam dedicationem sicut in basi Puteolana (cf. p. 350) et in titulis apud Wilmannsium 691—98.

Digitized by Google

I. II. III. IV.

· · · · · · · [cos.] · · · · · · · · [in templo] · · · · · · · [scribendo adfuerunt] · · · · · · · · · · · · · · · · · ·
[quod · · · · · · · · · (*nomen*) · · · · · · · · · · · · duovirum]verba · fe[cit L. Antistium L. f. Campanum ex ordine]
con[scriptorum hodie mortuum esse e]t · publice · om[nibus honoribus ornare virum optim]um · dec[ere], quid de ea r[e
fier[i placeret, de ea re haec auct]oritas · facta · e[st:
c]um · L · An[tistius L. f. Campanus emeriti]s · mIlitiae · stipe[ndiis per gravissi]ma · et · periculo[si]ssima · bella
Iúdicia dei C[aesaris consecutus] deductusque · a[b Augusto in coloniam n]ostram · adeo [p]rIvatim · publi
céque · munifi[centiam in nos exercue]rit·, ut · et · patrim[onium suum paene partir]étur · cum · ré · p[ub]licá · varIs · et
plúrimis · in[pendiis in se receptis et] laetior · sempe[r videretur in cives unive]rsos · inpendis[se], quam · quod
sibi · ac · suis · i[nserviret, et in functio]ne · officiórum · r[ei publicae co]nsenésceret·, ut [nu]nc · quoque · in
maximI[s negotiis versaretur, corpor]e · iam · déficiéns · r[everendus tam]en · annIs · suIs·, [pl]acére · cónscrI
ptIs [memoriam civis honestissimi] atque · utilissimi [rei publicae nostr]ae · hIsce · honor[ib]us · decorarI:
ut · é for[o de tribunali funere per duov]iros · alterum · am[bosve locato pro]batoque · ferat[ur] vadimoniaque
eius · dieI · dif[ferantur, ne per quas r]és · possit · esse · inped[itus populus, ne fun]us · optimi · et · mú[ni]ficentissimI
princi(pi)s · u[tilissimi civis quam maxime] · frequentet·, ut · s[tatua (pedestris?) i]n · aurata · ei · ex p[ub]lico · ponatur
cum · ins[cripto hoc ipso conscriptor]um · decréto·, ubi · l[ocum L. Antistius Ca]mpanus · fIlius [o]ptumus · et
minist[eriorum patris ac munificen]tiae · successor [elegerit, cete]rIsque · statuIs [cl]upeis · dónIsque,
quae · a c[ivibus consolandam patris] · in mortem · et[ad conservandam memoriam conl]áta · sint·, locu[m] publicé · darI,
quem · [L. Antistius Campanus filius elegerit, item publice locum sepulturae] secundum [via]m · Appiam

Digitized by Google

V.

. . . .
probato] que· feratur. cf. III. 11
exse]quiIs [inte]resse cf. II. III. 12
L. An]tist[io Campano
hon[ora]tissim
dec]reto [me]mor[ia
ei [ponat]ur · in cf. IV. 13
· · · · · · · · · · est
qu[a]m · in · i
co]nsc[riptis] loca in
f . Ru[tili?]o . L · An[tistio Campano
cu]m ta[ntae] · benif[icentiae fuerit
nt · c [· · · · co]rpore cf. II. 9
dec[urion]um · g
co]nsc[ripti]s · hoc ·
rI i · · : · · omni
mor · · · · · ion · · ói
tIo · · · · · · · · · · ·

v. 1 et init. 2. supplevi ego.

v. 4. L. Antistii Campani nomen quin recte Mo. restituerit non dubito, cf. v. 14. et V. 4. L. Antistius L. f. Campanus erat alter II vir a. u. c. 741 (C. I. L. X. 3803). Hoc igitur anno titulus certo est posterior. Num cum Mo. qui supplevit '[consecutus per gravissi]ma et periculo[si]ssima bella Iúdicia dei C[aesaris et divi Augusti] deductusque a[b hoc in coloniam] nostram' post annum 14. p. Chr. ponendus sit valde dubito. Si recte virum hoc decreto honoratum eundem posui ac IIvirum anni 13. a. Chr., videtur L. Antistius priore deductione (de secunda praeterea non constat) ab Augusto anno 36. nomine triumvirum rei publicae constituendae facta Capuam venisse (cf. Mo. in C. I. L. X. p. 368). Neque igitur admodum veri simile est L. Antistium superstitem fuisse Augusto, cum anno 36. a. Chr. stipendia iam emeruerit, licet 'consenuerit' v. 8.

5. *Iúdicia dei Caesaris*: iudicia plurali numero intellego praegnanter pro bonis iudiciis dicta, cf. Quint. praef. IV. 2 'honorem iudiciorum caelestium (Domitiani)'. Plin. ep. IV. 15. 5 'iudicia principis'. Singularis non aeque praegnans est in ep. Antonii ad Cic. (Cic. ad Att. XIV. 13) 1 'quodsi bonitas tua responderit iudicio meo, quod semper habui de te'. False autem hoc loco laudatur in lexicis Cic. ep. ad fam. XIII. 46 'patroni iudicio ornatus' ubi agitur de testamento. — De re cf. Veget. II. 24 'militem . . . . . quem ad opes ac dignitates ordo militiae et imperatoris iudicium consuevit evehere'. II. 7 'tribunus maior per epistolam sacram imperatoris iudicio destinatur.'

Digitized by Google

6. 'patrimo[nium suum quodammodo partir]etur' Mo. Locutio quam ego restitui occurrit in titulo Calibus reperto (Wilm. 695) v. 22 'cum is me]rced(em) suam cum r(e) p(ublica) n(ostra) sit paene partitus' — *cum ré p[ub]lica* ita Campani saepius urbem nominant, cf. C. I. L. X. 3841. 3851. 3852. 3917.

7. '[et] laetior sempe[r videretur erogasse quod in unive]rsos inpendis[set]' Mo. In hoc supplemento plusquamperfectum offendit et spatium refragatur.

8. '[in cumulatio]ne officiórum r[ei p. praestitorum]' Mo. Substantivom sensui perbene conveniens videtur aevo Augusteo nondum exstitisse.

9. '[ips]e iam déficiéns r[ei p. utili cura gravi tam]en annis suis' Mo. Verba nimis impedita mutavi.

10. '[civis honestissimi] atque utilissimi [memoriam .....]ae' Mo. Supplevi lacunam. — Sententiae constructio usque ad infinitivom 'decoravI' grammatico convenit cum usu. Secuntur duo enuntiata ab 'ut' incipientia ἀσυνδέτως iuxta posita. Iam mihi non contigit ut verba mutila melius iungerem quam ponendo anacoluthon, quo 'locum publicé darI' verba sensu subiuncta infinitivo 'decorarI' constructione coordinarem. Nam formulae 'ubi locum L. Antistius Campanus elegerit' et 'quem L. A. elegerit' quin ambae in lapide fuerint et loca statuae publicae ceterarumque statuarum donorumque διαῤῥήδην segregata sint in decreto non est dubium. Periodi igitur prior pars debet exire cum 'successor elegerit' vocabulis. Ergo vetamur supplere v. 14 'cum ins[criptione, item ex decurion]um decreto'; retinendum est Mommseni supplementum, quod addito 'ipso' etiam spatio sufficit.

11. '*e for[o de tribunali]*' supplevi secutus titulum Beneventanum C. I. L. IX. 1783, cf. p. 337. — '[pro]batoque' supplevit Mommsenus recte. Formula transfertur ab aedibus publice constitutis (cf. C. I. L. I. 592. VI. 1275. 1305. 1385) ad alias res.

12/13. '[quominus fun]us optimi et mú[ni]ficentissimI princi(p)is v[iri quam maxime] frequentet' Mo. PRINCIS lapis, voluit incidere 'principis' lapidarius. Nec puto negandum esse potuisse hoc tempore, licet 'princeps' nomen paullatim cum imperatore concresceret (Mo. St. R. II² p. 734, Christoph Schoener Acta sem. phil. Erlang. II p. 470 sqq.) etiam in municipiis virum principalem sic designari. Fortasse adiecto tali quale ex. gr. addidi 'princeps' nomen accuratius definitum erat. Quamquam lacuna vix certo suppleri potest. Mihi in mentem venit etiam supplementi '[quomin]us optimi et mú[ni]ficentissimi princ(ip)is u[ltimum honorem quam maxime] frequentet'.

16. 'quae ac[ceperit ....] in mortem et [quae post obitum ei d]áta sint' Mo. Non recte Mo. neglexit apicem, titulus nullum hac in re mendum exhibet.

17. ego supplevi.

Digitized by Google

III.

C. I. L. X. 1784. Puteolis. Recogn. Mommsenus.

in antica

G a v i a e M. f i l (i a e)
M a r c i a n a e
h o n e s t a e e t i n c o m p a r a
b i l i s s e c t a e m a t r o n (ae), G a v i
Puteolani decurion(is) omnib(us)
honorib(us) functi fil(iae), Curti Cris
p i n i s p l e n d i d i e q u i t i s R o m a n i
omnib(us) honorib(us) functi uxo[ri], Ga VXOIR lapis
vi Iusti splendidi equit(is) Romani
sorori. huic cum ob eximi[u]m pu
d o r e m e t a d m i r a b i l e m c a s [t i t] a
t e m i n m a t u r a e t a c e r b a m o r t e
interceptae res p(ublica) funus public(um)
item foleum et tres statuas decr(everit),
M. Gavius Puteolanus pater hon(ore)
d e c r e t i c o n t e n t u s s u a p e q u n (ia)
posuitl(oco)d(ato)d(ecurionum)d(ecreto).

in latere litteris minutis

L. Bruttio Crispino · L. Roscio Aeliano cos. 941/187
V Kal. Novembr(es)

In templo Divi PiI scribundo adfuerunt Caep. Proculus Cossutius Rufinus | Cl. Priscus Calp. Pistus quod postulante Annio Proculo o(rnato) v(iro) de decernendo | funere publico Gaviae M. f. Marcianae b(onae) m(emoriae) f(eminae) item decem libris folei locisq(ue) | tribus concedendis, quae ipsi elegerint, in quibus statuae eidem Marcia|nae secundum eiusdem Proculi postulationem ponerentur, P. Manlius Egnati|us Laurinus duovirum v. f. q. d. e. r. f. p. d. e. r. i. c.: optasse quidem singulos uni|versosque nostrum in honorem Curti Crispini magistratus n(ostri) primariI | viri, Item Gavi [P]uteolani soceri eius adaeque o(rnati) v(iri) Gaviae Marcianae r. m. f. | vivae potius honoris conferre quam ad huiusmodi decretum prosilire, ut de | solacio viventium quaereremus, e[t] Ideo quod pertineat etiam ad memoriam | puellae Ipsius cohonestandam placere huic ordini, funus publicum eI de|cerni et decem libras folei mitti concedique secundum postulationem Anni|o(rnati) v(iri) ut loca quae elegerint statuendis tribus statuis, de consensione nostra | consequantur.

ant. 4 '*incomparabilis sectae*' nota veterem vocabuli significatum. ant. 17 '*folcum*' cf. lat. 6. 17 'folei'. Non recte mihi videtur adnotasse Friedlaenderus (S. G. III[5] p. **117** not. 8) „doch wohl foliati Plin

N. H. XIII. (1) 15''. Immo folei forma naturalis aptior erat ad comburendum quam unguentum ex foliis factum i. e. foliatum, cuius compositionem describit Plin. l. l. Folium autem esse nardi ex Plinii verbis recte concluditur. Commemoratur a Palladio (R. R. II. 18 'in eo vino medium croci scrupulum et folii unum scrupulum mittes et ex mellis optimi decem libris omnia temperabis'). At Cosmi folium apud Martialem (XI. 18. 8 et XIV. 146. 1) alius videtur fuisse plantae atque eius perparvae. Claudiani versus (ad Eutrop. I. 226) 'te foliis Arabes ditent, te vellere Seres' nimis generalis est quam quem de his nardi foliis interpreteris. Quam crebrum autem significatus 'folii' praegnans in usum abierit docet scholion Iuv. (ad VI. 465), ubi 'foliata' explicantur 'unguenta foliis plena vel aliis odoribus'. — De forma plebeia 'foleum' cf. append. Probi p. 197 sq. Keil. ('telonium non teloneum, alium non aleum, lilium non lileum' et cetera multa), cf. etiam Brambach, orth. lat. p. 136. — De ture in funere decreto cf. p. 343 not. 2.

lat. 3/4 Caep(io), Cl(audius), Calp(urnius) nomina gentilicia adbreviata etiam consulibus non nominatis titulum esse II. p. Chr. saeculi demonstrassent.

7. '*ipsi*' scil. propinqui, cf. 18 'elegerint'.

10. '*singulos universosque nostrum*' genetivos partitivos licenter sequitur 'universos', cf. 'cunctis deorum' Catull. 66. 9 'hominum cunctos' Ov. Met. IV. 632 'Samnitium omnes' Liv. X. 31 Draeger Synt. I p. 457.

12. IVTEOLANI lapis. R · M · F solve 'reverendae memoriae feminae'.

13. '*honoris*' nimirum acc. plur. — '*prosilire ad*'. Hic nulla iam subest verbo imago motus corporis, nisi si putas senatus auctoritate 'per discessionem' facta hanc constructionem esse genitam. In ceteris prosiliendi verbi exemplis quae quidem cognoverim perlucet aliqua luctaminis vel impetus cogitatio, Digg. 48. 2. 7 (Ulpian.) '(criminis subscriptio) ad id inventa est, ne facile quis prosiliat ad accusationem'. cod. Iust. (edictum Iuliani a. 362) 10. 52. 7 'quisquis docere volt non repente nec temere prosiliat ad hoc munus'. Trebell. Pollio vit. XXX tyr. 10 'fati publici fuit ut Gallieni tempore quicunque potuit ad imperium prosiliret'. Nec aliter vis quaedam et impetus una cum itinere describitur cum Megaronides (Plaut. Trin. I. 2. 179) narrat 'prosilui amicum castigatum innoxium'.

14. '*de solacio viventium*' cf. p. 353 ad v. 4. — EI lapis.

15. '*puellae*' i. e. Gaviae. Secuti poetas neotericos etiam prosaici argenteae latinitatis nuptam hoc verbo significant ut Tac. Gell.

Digitized by Google

III.

C. I. L. VIII. suppl. 15880 = Eph. ep. V. 628 Siccae descr. et rec. I. Schmidt.

[qu]o[d[1]) · · · · *(nomen)* · · · · · · verba fecit Liciniam Seve]
ram filiam Licini Paterni splendidi et [laudabi
lis viri hodierna die defunctam esse, quid et a quib[us
In memoriam eius honorum in parentum ipsius co[n
solat[io]nem fieri placeret, L. Calpurnius M[a
ximus Albinus sententiam interrogatus censuit in v[er
ba infra scribta: cum Licini Paterni viri de primorib[us
nostris et vitae moderatio et morum maximum ac practi[c
um testimonium, In fovendis etiam rei p[u]b. nostrae opibus non
modica doc[u]m[e]nta emic[eut, par]entum quoque ac maIorum
ipsius [t]am in a[edificandi]s excol[e]ndisq(ue) moenibus nostri[s] qu[am
in sustinendis alendisq(ue) civibus egregia atq(ue) eximia liberalita[s
eniteat, ac per [h]oc (?) tametsi Ingentis ac maximi luctus eius[dem
Paterni minima sint aput eum nostra solacia, tamen ad leniend[os
conpescendosq(ue) do[lor]ris [i]mpetus et ad honorandam etiam
puellae rudimat[u]rae memoriam cum c · · u tris · · · bra · · · · [e]xI[tu
eius de publ(ico) erogando statuam c[ivitati]s pulcherrimo [loc]o [et
celeberrimo publ(ica) pec(unia) eidem Liciniae Severae constituendam, [ut
pietatis ordinis nostri erga Paternum adfect[i]o perpetuo si[t
contestata.
[d(ecurionum)] d(ecreto)

Tituli puto non solum initium periisse sed etiam laevam lapidis partem vel basis anticam, in qua ipsa lecta sit dedicatio. Illud mihi veri similius videtur, cum signa LDDD duabus lapidis partibus subscripta fuisse videantur. Fortasse etiam in hac deperdita sententia narratum erat Licinium Paternum patrem impensas statuae et funeris remisisse et in utrumque suam impendisse pecuniam. Temporis certum indicium mihi non occurrit. Sane lin. 12 'in sustinendis alendisque civibus' demonstrat Paternum post Nervam imp. vixisse, sed ipsum genus dicendi et scriptura tempus multo posterius sapit. Ego quidem III. potius quam II. saeculo titulum tribuo. Licinius quidam Paternus M. Licini Rutili pater nominatur in titulo Thubursicitano C. I. L. VIII. 4916.

---

1) Praeter O cernuntur nonnulla litterarum vestigia puto nominis eius decurionis, qui verba fecit. — lapis nunc deperditus multis locis laesus erat, praeterea multae litterarum ligaturae lectionem impediebant. Singula post Schmidtium repetere taedet. Correxit in secunda editione i. e. in C. I. L. imprimis lin. 11, ubi antea ediderat 'ipsius [eti]am · · · · nostri[s]qu[e]' et secutus Rossii coniecturam lin. 17, ubi Eph. ep. dedit '[in l]o[co civitati]s pulcherrimo [at]q[ue] celeberrimo'.

Digitized by Google

4. '*honorum*' pendet ex 'quid'. — '*in parentum ipsius consolationem*' cf. lin. 14 'ad leniendos compescendosque doloris impetus' Cic. Phil. IX. 5. 12 'filium cuius luctus aut hoc honore vestro aut nullo solacio levari potest'. Plin. ep. II. 7. 5 'illud solacium doloris accepit quod filio ... habitus est honor statuae'. Symm. relat. XII. 2 'senatus ... solacium petit de honore virtutis (Vettii Praetextati) C. I. L. X. 1784 'ad huiusmodi decretum prosilire ut de solacio viventium quaereremus' C. I. L. XIV. 353. 11 'in solacium Fabi patris'. Eph. ep. VII. 137. 5 'in solacium amissi karissimi mariti' C. I. L. X. 1489 εἰς παραμυθίαν τῶν γονέων 1490 παντὶ μὲν πολείτῃ συνάχθεσθαι δεῖν ..... παραμυθεῖσθαι οὖν αὐτὸν δημοσίᾳ. I. G. S. I. 760. 10.

7. '*viri de primorib[us] nostris*'. Hoc solet urgeri in initiis eiusmodi decretorum. cf. C. I. L. X. 1784. 9 'magistratus n(ostri)' 1489 ἀνδρὶ τοῦ ἡμετέρου τάγματος 1490 ἀνδρὶ ἀξιολόγῳ XIV. 2466 'cum M. Iunius Silani l(ibertus) Monimus ex ordine sit nostro'. — Ceterum patris non puellae laudes enumerantur, cf. C. I. L. III. 3137 'huic (Lartiae Maximae) d. d. ób merita patris funus publice datum est'. Mon. Ancyr. III. 1 'honoris mei caussá'.

8. '*practi[c]um*' singulare huius adiectivi in tota latinitate exemplum. Legitur praeterea apud Fulgentium myth. II. 1, sed ibi aperte redit ad graecum fontem. Sententia haec est: „philosophi tripartitam humanitatis voluerunt esse vitam, ex quibus primam theoreticam secundam practicam tertiam philargicam voluere".

12. obligationem putes alimentariam Paternum in se suscepisse.

13. 'male continuatur particula „ac", hic enim incipit enuntiatum primarium' Schmidtius. Non sine causa Schmidtius invehitur in constructionem grammaticam, dum modo recte stet 'ac per [h]oc'. 'Ac' constructionem impedit, 'per hoc', nisi forte Calpurnius potuit sic dicere pro 'ideo' vel 'propterea', mirum quantum languet. Accedit quod in tota Calpurnii sententia desideratur id quod maxime opus est, formulam dico talem qualis est 'placere ordini', a qua formula possit pendere 'constituendam'. Itaque conicio sub litteris ACPER/////OC latere fere haec verba 'a c(onscriptis) p(eto) e(t) r(ogo) [pl(acere)] o(rdini) c(onscriptorum)'.

15. '*etiam*' cf. C. I. L. X. 1784. 12 (p. 350).

16. '*rudimat[u]rae*' adiectivom omnino singulare, cum quo vetustum quidem nullum (ne 'reciprocus' quidem, cf. Brugmann M. Rh. 43. 402) comparari potest. Neque recentiora 'dulcacidus' aut 'albogilvus' cum hoc plane congruont, copulativa enim potius sunt quam determinativa. Videtur tamen re vera in lapide fuisse et concedendum Calpurnio. — Altera huius versus pars admodum truncata est. Schmidtius periculum fecit supplendi 'cum c[as]u tris[ti a]bra[ptae e]xi[quio] eius de publ(ico) erogando statuam ..... constituendam', quae verba ait spatio bene convenire atque ita explicat 'cum exsequio

Digitized by Google

eius casu tristi abraptae' e. q. s. Quam confusam et permixtam verborum struem ego Calpurnio non ausim obtrudere. Mommseni supplementum 'cum c[as]u tris[ti a]bra[pta sit e]xi[quio] e. q. s.' non dat a quo pendeat ablativos 'exsequio erogando'. Ego quidem sine ectypo nequeo rectius periclitari; cum tamen Schmidtius utraque in editione testatur xI, conicio fuisse in fine '[e]xi[tu]', quod vocabulum pro funere ponitur etiam in S. C. Lanuvino C. I. L. XIV. 2112 (a. p. Chr. 136) 'ut [e]xitus d[efu]nctorum honeste prosequamur'. Ante fortasse mentio facta erat librae turis ab ordine in funus missae.

17. recte supplevit de Rossius Studi e docum. di stor. e dir. V. 1884. p. 283. — '*celeberrimo loco*' cf. Iordan Eph. Ep. III p. 287 n. 77 et 78 Plin. ep. II. 7. 7 C. I. L. III. suppl. 6587. 11 Wilm. 695. 27 C. I. L. XI. 1421. 34 'quam oculatissimo loco' Plin. N. H. XXXIV. 5. 11 (24) ἐν ἐπιϲημοτάτῳ τόπῳ Ioseph. ant. 16. 6. 2.

20. '*contestata*' passive apud Cic. pr. Flacco 11. 25 'ab hac perenni contestataque virtute maiorum'.

IV.

C. I. L. X. 1208 basis rep. Abellae descr. et rec. Mommsenus. In latere nil fere legi potest nisi duo ultimi versus, quos sic lego: '. . . . . . mus et Agrici[a] | [par(entes)] pequnia remissa.' In antica sunt haec:

C. Caelio C. fil(io)
Pal(atina) Vero
quaest(ori) aliment(orum)
C. Iulio Severo M. Iunio Rufino Sabiniano cos p.Chr.155
III Nonas Decembres Abellae in basilica Scribundo atfuere M. Munatius. M. fil. Gal(eria) Priscianus T. Egnatius T. f. Pa[l](atina) Ru[fus] Herennius T. f. Gal(eria) Clemens N. Pettius N. f. Gal(eria) Cuiti · · · ·
A. Fuficius A. f. Gal(eria) Priscus Qu[od] universis ordinis viris postulanti[bus] · · · q · · · v(erba) f(ecit) [C. Caeli] probissimi iuvenis et m[eritissimi in cives] acervissimam mortem h[onoribus et funere publ]ico prosequend[a]m esse q(uid) d(e) e(a) [r(e) f(ieri) p(laceret) d(e)] e(a) r(e) i(ta) c(ensuere)
d(ecurionum) d(ecreto)

Titulum supplevi ego. Non vidi libellum scriptum a Gervasio 'intorno al iscrizione onoraria di C. Celio' Neapoli 1882. 4⁰. — Cf. quae dixi p. 330 not. 3. v. 12 potest sic suppleri 'h[onoribus et statua de publ]ico'. De quaestoribus alimentorum vide Henzen Tab. alim. p. 33. Annal. del Instit. arch. 1849 p. 235 sqq.

Digitized by Google

V.

Inscript. Graecae Sic. et Ital. ed. Kaibel 760. Neapoli reperta, nunc in Museo.

Τεττίαι Κάσται ἱερείαι τ[οῦ
τῶν γυναικῶν οἴκου διὰ βίου ψηφ[ίςματα
Ἐπὶ ὑπάτων Καίςαρος Cεβαςτοῦ υἱοῦ Δομιτι[ανοῦ καὶ Γαίου
Ουαλερίου Φήςτου ιδ Ληναιῶνος γραφ[ομένωι παρῆςαν
Λούκιος Φροῦγι Κεριᾶλις Ἰούνιος . . . . . .
περὶ οὗ προςανήνενκεν τοῖς ἐν προςκλήτωι Τρανκουίλλιος Ῥοῦφος ὁ ἀντάρχων, περὶ τού[του τοῦ πράγματος οὕτως εὐηρέςτηςεν·
τὴν γνώμην ἁπάντων ὁμολογοῦντας κοινὴν εἶναι λύπην τὴν πρόμοιρον Τεττίας Κά[ςτας τελευτὴν γυναικὸς φιλοτιμηςαμέ-
νης εἴς τε τὴν τῶν ἁπάντων εὐςέβειαν καὶ εἰς τὴν τῆς πατρίδος εὔνοιαν ἀργυρῶν ἀνδριάντων ἀνε[κλείπτους ἀναςτάςεις τοῖς θεοῖς ποιη-
caμένης πρὸς τὸ μεγαλοψύχως εὐεργετῆςαι τὴν πόλιν τιμᾶν ἀνδριάντι καὶ ἀςπίδι ἐγγ[εγραμμένηι Τεττίαν Κάςταν καὶ θάπτειν αὐτὴν
δαπάνῃ μὲν δημοςίαι, ἐπιμελείᾳ δὲ τῶν προςηκόντων οὓς δυςχερές ἐςτιν παραμυθήςαςθαι δι[ὰ . . . . καὶ τό-
πον εἰς κηδείαν δίδοςθαι καὶ εἰς ταῦτα ἐξοδιάζειν.

Secuntur duo alia eiusdem anni decreta p. Chr. 71.
Supplevit titulum Kaibelius, at vide quae dixi p. 330 not. 3.
9 . . . . καὶ cτῆςαι ταῦτα] δαπάνῃ μὲν δημοςίαι ἐπιμελείᾳ δὲ τῶν προςηκόντων ego.

Inscriptiones minores funeris publici testes.*)

Bull. della comiss. arch. com. di Roma XI. (1883) p. 224. edid Lancianius. Romae in capite fori Romani.

T. Flavio T. f. Quir. Sabino]
[triumphalibus ornament. honorato]
. . . leg. divi Clau]dI · pro · pr. provin[c.
Moesiae cur. cens.] GallicI · praef. urb[i
II. hunc ob merita] senatus · auctór[e
Imp. Caesare Vesp]asiáno · fratre
pub. efferundum cen]suit · vádimon[iis
luctus publici cau]sá · dilatIs [ei
demque senatus] censuit · stat[uam
.... in foro · divi] · AugustI [ponendam

Supplevere Lancianius et Mommsenus, vv. 5. 7—9 sicut dedi eg '[huic] .... [clupeum po]suit vádimon[is | honoris cau]sá dilat [fu|nus censorium] censuit' Mommsenus. — Titulum quin rec Lancianius et Mommsenus ad T. Flavium Sabinum rettulerint versus dubium non relinquit. De cursu eius honorum cf. Liebenam, Forsc z. Röm. Verw. Gesch. I p. 268. Mommseni autem supplemen pugnant cum usu sermonis in talibus titulis volgato. 'Funus ce sorium', quod Sabino decretum esse testatur Tac. hist. IV. 47, v potest infuisse in lapide. Sculptus est brevi post diem 18. Dec. 6

C. I. L. XIV. 312 Ostiae 'funere pu[blico ....'

C. I. L. XIV. 321 Ostiae 'hunc dec(uriones) funere publ(ic efferendum censuer(unt) eIque honores omni(s) et turis p(ondo) X decreverunt'.

C. I. L. XIV. 353 Ostiae (post 138 p. Chr.) 'hunc splendidis mus ordo dec[urionum f(unere) p(ublico)] honoravit'.

C. I. L. XIV. 413 Ostiae 'Sergia Prisca, hanc in honore L. C Reburri f(ilii) II vir et decuriones Osteses funere pub(lico) statua q(ue) et turis p(ondo) L censuer(unt). L. Kacius Reburrus h(ono u(sus) funeris impensam remisit'. Titulus admodum plebeius.

C. I. L. XIV. 375 Ostiae (c. 140 p. Chr.) '[hu]nc decurio funere pu[b]lico effer[endum] cen[s]uerunt' P. Lucilius Gamala Mo. in Eph. Ep. III p. 319 sqq.

C. I. L. XIV. 415 Ostiae 'hunc d(ecuriones) f(unere) p(ubli efferendum cens(uere)'.

C. I. L. XIV. 3019 Praeneste '[funere p]ublico decurion(u dec[reto]'.

C. I. L. X. 680 Surrenti 'huic decurion(es) locum sepulturae in funere ~~HS~~ L decr(everunt)'. puer anni II.

C. I. L. X. 688 Surrenti (Corneliae?) 'huic [decuriones p]ubl

*) Moneo me non omnes totos exscripsisse.

Digitized by Google

locum sepulturae et [in funere HS.....] et statuam decreverunt'. eiusdem lapidis 'L. Cornelio.... huic decurion(es) publice locum [sepulturae et in] funere HS ↯ et statuam [decreverunt]' saec. I/II.

C. I. L. X. 1019 Pompeis 'T. Terentio FélIcI Maióri... huic publice locus datus et HS ∞∞'.

C. I. L. X. 1024 Pompeis 'A. Umbricio Scauro.., huic decuriones locum monum(enti) et HS ∞∞ in funere........ censuerunt'.

C. I. L. X. 4761 Suessae? 'Epistiae (?) Proculae or[d]o dec(urionum) fun(us) pub(licum).... clipeum et statuam decr(evit)'.

C. I. L. XI. 1600 Florentiae 'Q. Septimio Primo.... huIc publice d(ecurionum) d(ecreto) fúnus locusque sepulturae datus'.

C. I. L. XI. 1806 Saenae 'D(is) [M(anibus)] A. Viciri........ d(ecurionum) d(ecreto) funus publ[icum......] ob merita'.

C. I. L. XI. 1946 Perusiae. ? '[huic municipes e]t incolae in statuam HS ↀↀ ↯ [contulerunt decurionesque titulum ei i]n comitio ponendum censuer(unt). funere publico est elatus. [ordo... ut] equites Romani eum ad rogum [deferrent et qui honor primo ei est ha]bitus, ei in comitio statua [poneretur decrev]it'. — In v. 5 maiores litterae indicant nil plus infuisse quam formula 'f. p. e. e.' cf. 3375. 3379. Ideo Mommseni supplementa mutanda erant.

C. I. L. XI. 3375 Tarquiniis 'P. Loteius Severus ... ex . d(ecurionum) d(ecreto) fun(ere) pub(lico) est elat(us)'.

C. I. L. XI. 3379 Tarquiniis 'L. Papirius Cognitus... ex dec(urionum) dec(reto) funere publico elatus est'.

C. I. L. XI. 3382 Tarquiniis 'D(is) M(anibus) L. Sevi Clementis....... d(ecurionum) d(ecreto) f(unus) p(ublice)'? — Titulus vel propter ordinem arispicum LX est imp. Claudio recentior, cf. Marquardt St. V. III p. 398.

C. I. L. IX. 28 Lupiae Rudiae 'dis manib(us) L. Iulii.. Tranquilli... e[t] Terraeae Agapomenes uxoris.... f(unus) l(ocum) [p(ublice)]'.

C. I. L. IX. 46 Brundisi 'Ti. Aulio... Marino.... funus locum publice'.

C. I. L. IX. 50 Brundisi 'dIs manib(us) Mercelliae... Festae ... huic ordo decur(ionum) statuam funus loc(um) publ(ice) decr(evit)'.

C. I. L. IX. 57 Brundisi 'dis manib(us). P. Sextius Successus .... f(unus) l(ocum) s(tatuam) p(ublice) d(ecreto) d(ecurionum)'.

C. I. L. IX. 58 Brundisi '....huic ordo decurionum f(unus) (locum) p(ublice) ornamentaque augustalitatis decrevit'.

C. I. L. IX. 223 Uriae 'L. Clodius.. Pius.... huic statuam et f(uneris) i(mpensam) p(ublice) d(ecuriones) d(ecreverunt)...'. — an legendum f(unus) [l(ocum)]?

C. I. L. IX. 737 Olivolae 'T. Vibbio... Clementi.... Babiae... Priscae... T. Vibbio... Prisco..... his d(ecuriones) funus et statuas decrever(unt)'.

C. I. L. IX. 818 Luceriae 'funus public(e)....'.

Digitized by Google

C. I. L. IX. 1145 Mirabellae '....[h]unc dec(ur...)..... funus...'.

C. I. L. IX. 1783 Beneventi 'C. Catio C. f. Balbo Opetreiiae C. f. Paullae; hós decuriones fúnere publico de foro ó tribunalI efferendos et hIc humandos cens(uerunt).....'.

C. I. L. IX. 2855 Histonii 'M. Baebio.... Suetrio Marcello.... huic decuriones funus publicum statuam equestrem clipeum argenteum locum sepulturae decreverunt et urbani statuam pedestre(m).' post 79 p. Chr.

C. I. L. IX. 3001 Anxani 'huic decurion[es] [funus publicum et] locum sepul]turae et statuam equest]rem decrev[erunt]'.

C. I. L. IX. 5291 Ripaetransone in curia. '....se.. | .funere p[ublico ... | ... [in campo Ma]rtio Caesa[ris indulgentia sepultus?]' Cum in curia inventus sit lapis non dubito quin pertineat ad fastos, cf. p. 342 not. 3. De campo Martio cf. p. 346.

C. I. L. IX. 6097 Brundisi 'Marcia L. f. Quartilla.... fun(us) loc(um) publ(ice)'.

C. I. L. V. 337 Parenti 'd(is) m(anibus) Sex. Fulcinio... Vero... an(norum) XIIII.... huic ordo pientissimus decr(eto) suó funus publ(icum) et res pub(lica) turis lib(ras) tres titulis publice ferri úniversi censuerunt. huic et col(legium) fabr(um) túris mittendi habuit hon(orem)....'. — Verba in exscribendo decreto turbata, sensus apertus. Titulus, qui non i longas sed semper apices supra i exhibet, videtur esse I. saeculi.

C. I. L. V. 4192 Balnei apud Brixiam 'P. Postumio... Fuscino.... ordo piissimus funus public(um) et statuam equestrem auratam decrevit....'. III. saec.

C. I. L. V. 4441 Brixiae 'P. Matieno... Proculo..... annor(um) VI..... ordo Brixianor(um) funus publicum et statuam equestr(em) auratam decrevit....'.

C. I. L. V. 4487 Brixiae 'Sex. Valerio... Rufo... et Bivoniae... Priscillae funere publico honoratae....'.

C. I. L. V. 7483 Industriae '..Cocceiae..... [ha]ec ab Ind(ustriensibus)... funere pu(blico) [elata est. cui ordo clupeum] et statuam [decrevit]'. — Post Nervam imp.

C. I. L. XII. 4106 Furaicae '[decreto decuri]on(um) funere [publico honorat(us)]'?

C. I. L. XII. 4244 Baeterris 'Iuli[a]... Celsa.... publico funer[e elata est] ex d(ecurionum) d(ecreto)'.

C. I. L. XII. 4250 Baeterris '[Valerio]... Pol[lioni]...... [publico fun]ere [elato d. d.]'? saec. I.

C. I. L. XII. 4399 Narbone 'Liguriae.. Frontinae.... huic ordo Narbonesis publice funus et omnes vectigales decrevit'.

C. I. L. XII. 4442 Narbone '[ordo Narbon. pu]b. funus vectig[alia omnia decrevit]'.

C. I. L. II. 1065 Arvae 'Q. Traio... Areiano... huic ordo mu-

Digitized by Google

nicipI FlavI Arvensis ob merita laudation(em) impensam funeris locum sepulturae et statuam decrevit...'.

C. I. L. II. 1089 Ilipae 'Dasumiae L. f. Turpiliae Popul(ari?) laudation(em) public(am) inpensam funer(is) locum sepultur(ae) d(ecuriones) d(ecreverunt)'.

C. I. L. II. 1103 Ilipae '... [civis ill]ustri[s].... cinis [hic conditus est, a quo | municipium] plura recepis[set munera nisi iam lugeret | immaturis] annis ablatum. [Vadimonia sunt | dilata supremo eius] die et funere [publico elatus est.]' supplevi ego.

C. I. L. II. 1107 Ilipae '..... funus...'.

C. I. L. II. 1130 Italicae 'Aeliae Q. f. Liciniae Valerianae splendidissimus ordo Italicens(is) funeris impensam locum sepulturae statuam ponendam decrevit...'. saec. II. ex.

C. I. L. II. 1184 Hispali 'M. Helvio.... Agrippae f(ilio) huic ordo splendidissimus Romulensium impensam funeris statuam locum sepulturae decrevit....'.

C. I. L. II. 1186 Hispali 'Q. Iunio Quirinae Venusto. huic ordo Ro[mu]lensium locum sepulturae funeris impensam laud[ationem pu]blicam item [decurionatus] orna[menta decrevit]....'.

C. I. L. II. 1189 Hispali 'P. Valerius P. f. Gallus.... huic publice locus [sep]ulturae funeris impensa num(mum) ~~HD~~ [d]ata d(ecurionum) d(ecreto).

C. I. L. II. 1263 Alcalae '[huic] ordo mun[icipii... Hien?] ipensium [locum sepu]lturae fun[eris impensam] clupeum sta[tuam pedestr]em decre[vit....'.

C. I. L. II. 1286 Salpensae 'L. Marcius... Saturnius.... huic ordo municipI FlavI Salpesani laudationem locum sepulturae impensam funeris clupeum statuam pedestrem et ornamenta decurionatus decrevit [e]Idemque omnes honores a populo et incolis habiti sunt.....'.

C. I. L. II. 1342 Lacilbulae 'L. S[emp]ronio.... I... ano. [hui]c ordo Lacilbulensium dec(revit) laud(ationem) loc(um) sep(ulturae) fun(eris) inpensam statuam.....'.

C. I. L. 1650 Iliturgicolae. '..... sis ordo m.... locu(m) sepultur(ae) in(pensam) funer(is) [t]ur(is) p(ondo) XXV dec(revit). huic ordo Iliturgicoles(is) locum sepultur(ae) inpensam funeris decr(evit)'. Titulum cuius lectio nititur apographis antiquioribus, puto conglutinatum esse ex duobus iisque mutilis quorum opinor exstant tantum exitus formati ut in 2021. 2131. 2150. 3370. Namque cogitari de honoribus a duobus municipiis defuncto uni decretis vetat 'huic' v. 2., pro quo tum esse debebat 'eidem' vel 'item' vel nihil.

C. I. L. II. 1735 Gadibus '...... impensa [funeri]s locus sepul[turae lau]datio statua d(ata) [d(ecurionum) d(ecreto)]'.

C. I. L. II. 2021 Singiliae 'Corneliae Blandinae.... huic ordo m(unicipii) m(unicipum) lib(erorum) Sing(iliensium) inpensam funeris et locum sepulturae decrevit'.

C. I. L. II. 2063 Ilurcone (?) 'P. Manlio... Manliano Iliber-

Digitized by Google

(ritano). huic ordo publice locum sepultur(ae) impensam funeris statuam decrevit....'.

C. I. L. II. 2131 Obulcone 'L. Porcius.... Stilo...... huic ordo Pontificiensis Obulconensis locum sepulturae impensam funeris laudationem statuam equestrem decrevere'.

C. I. L. II. 2150 Bajulance 'C. Pomponio.. Marullo...... huic ordo .....laudatio[nem exse]quias pub[licas fune]ris inpensam [lo]cum sepulturae statuam.... [decrevit]'.

C. I. L. II. 2188 Sacilis Martialibus '....L. Acilius... Barba ...Acilia L. f. Lepidina..... L. Acilius.... Terentianus..... Corneliae Q. f. Lepidinae........... d(ecuriones) funerum impensas laudationes loca sepulturae statuas d(ecreverunt)....'.

C. I. L. II. 2344 Mellariae 'C. Sempronio Sperato...... huic ordo Mellariensis decreverunt sepulturam impens(am) funeris laud(ationem) statuas equestres duas....'. — anni 854/101.

C. I. L. II. 2345 Mellariae 'Semproniae Varillae. huic Mellarienses locum sepulturae funeris impensam statuam laudationem decrevere....'.

C. I. L. II. 3251 Baesuccis '[C. Se]mproni[o] C[eleris f. Ce]leri f(ilio) d(ecreto) d(ecurionum) munic[ip]i Baesuccitani. [h]uic municipium Flavium Baesuccitanum laudationem locum sepulturae inpensam funeris exsequias statuam decrevit; municipium Flavium Laminitanu[m] d(ecreto) d(ecurionum) laudationem statuam; municipium Flavium Tugiense d(ecreto) d(ecurionum) laudationem locum sep[ul]turae inpensam funeris; municipium Flavium Vivatiense d(ecreto) d(ecurionum) laudationem locum sepulturae inpensam funeris; [c]ives Baesuc(citani) et incolae statuas. [C. S]empronius Celer pater et Sempronia Auge mater honore accepto inpensam remiserunt. [l. d. d.] d.' De hoc et insequenti titulo vide p. 342 not. 5. Sunt fere saec. I. ex.

C. I. L. II. 3252 Baesuccis 'C. Sempr[onio Celeris f(ilio) d(ecreto) [d(ecurionum) municipi] F(lavi) Laminit[ani]. huic mun(icipium) F(lavium) Laminit[anum lau]dationem statuam [decrevit]; munc(ipium) [F(lavium)] Baesucc[itanum] d(ecreto) d(ecurionum) laudationem [locum sepu]lturae inpens[am funeris exsequia]s statuam; munic(ipium) F(lavium) Vivat[i]e[nse d(ecreto) d(ecurionum) lau]dationem locum [sepulturae] inpensam funeri[s]; munic[ipium) [F(lavium)] Tugiense d(ecreto) d(ecurionum) laud[atio]nem locum sepulturae inpensam funeris; [civ]es Baesuccitani et incolae statua[s] [C. Sem]pr[onius] Celer pater [et Sempronia Auge] mater ho[nore] accepto inpensam remiserunt. l. d. d. d.]'.

C. I. L. II. 3370 Aurgi 'd(is) m(anibus) Calpurniae L. f. Scantillae. huic ordo m(unicipii) F(lavii) A(urgitani) fun(eris) impensam ....decrevit'?

C. I. L. II. 3745 Valentiae '.....uterque ordo Vale[nti]norum dec[revit] locum sep[ulturae] funeris imp[ensam sta]tu[a]m...'.

Digitized by Google

C. I. L. II. 3746 Valentiae '.. or]do...... publicam laud[ationem funeris] impensam loc[um sepulturae] statuam....'.

C. I. L. II. 4611 Baetulone 'deis manibus C. Picarii... Novati. huic ordo B[a]etulon(ensis) locum sepulturae eius impensa (sic) funeris publica et omnes honores dedit.....'.

Eph. ep. III. 9 prope Grazalema 'Memmiae...... huic ordo Laci[lb]ul[e]n(sis) decrevit laudation(em) impensam funeris locum sepulturae monument(um) statuam.....'.

C. I. L. III. 3055 Albonae. 'P. Gavillio... Prisco.... huic d(ecurionum) d(ecreto) [d(atum)] est funus public(um)....'.

C. I. L. III. 3128 Vegliae 'P. PItius P. f. Marullus decurion(um) decr(eto) publice elatus sepultusq(ue) est'.

C. I. L. III. 3137 Apsori 'Lartiae... Maximae... huic d(ecurionum) d(ecreto) ób merita patris funus publice datum est'.

C. I. L. III. suppl. 7366 (= Eph. ep. V. 1435) Thasi. 'ordo Thasi[o]r(um) locum sepultur(ae) et impensam funeris decrevit...'.

C. I. L. VIII. 9294 Tipasae '.....o.... [benemer]enti.... [funu]s public[um] .....[decuriones] dec[reverunt]'.

C. I. L. VIII. suppl. 12587 (= Eph. ep. VII. 192) Carthagine '....[f]unus pub[licum et stat]uam decrevi[t]'.

C. I. L. VIII. suppl. 13376 Carthagine '....nis.... [funus p]ublicu[m..... decrevi]t'.

Addenda.

ad p. 357 adde titulum Brundisinum Eph. ep. VIII. 1. 7 'd[i]s manib(us) Cn. Pomponi Epaphroditi Cissiani Aug. f(unus) l(ocum) p(ublice)'.

ad p. 329 not. 1 Non plane constat de honoribus decretis in titulo Eph. ep. VIII. 1. 575 (cf. C. I. L. X. 613). Videtur sepulcrum publica impensa aedificatum esse, cf. lin. 10.

Digitized by Google

Index rerum nominum locorum.

f. = funus. f. p. = funus publicum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Köppner, Friedrich, der Dialekt Megaras und der megarischen Colonien. Besonderer Abdruck aus dem achtzehnten Supplementbande der Jahrbücher für class. Philologie. [35 S.] gr. 8. geh. *M.* 1.—

Lexikon, ausführliches, der griechischen und römischen Mythologie, im Verein mit vielen Gelehrten herausgegeben von W. H. Roscher. Mit zahlreichen Abbildungen. 22. Lieferung. Iuppiter — Kadmos. [Sp. 673—832.] Jede Lieferung geh. n. *M.* 2.—

Melanchthoniana Paedagogica. Eine Ergänzung zu den Werken Melanchthons im Corpus Reformatorum. Gesammelt u. erklärt von Dr. theol. u. phil. Karl Hartfelder, Prof. a. Gymn. in Heidelberg. Mit einem Bildnis Melanchthons. [XVIII u. 287 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 8.—

Ostermanns, Christian, lateinisches Übungsbuch. Neue Ausgabe besorgt von Professor Dr. H. J. Müller, Direktor des Luisenstädtischen Gymnasiums zu Berlin. I. Teil: Sexta. [VIII u. 158 S.] gr. 8. In Leinw. geb. n. *M.* 1.20.
Die Alte Ausgabe wird neben der hier angezeigten Neuen fortgeführt.

Plauti, T. Macci, comoediae. Recensuit, instrumento critico et prolegomenis auxit Fridericus Ritschelius, sociis operae adsumptis Gustavo Loewe, Georgio Goetz, Friderico Schoell. Tomi IV fasciculus III. Et. s. t.: T. Macci Plauti Persa rec. Fr. Ritschelius. Ed. II cur. Fr. Schoell. [XXX u. 171 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 5.60.

Riese, Alexander, das rheinische Germanien in der antiken Litteratur. [VIII u. 496 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 14.—

Rühl, Franz, der Staat der Athener und kein Ende. Besonderer Abdruck aus dem achtzehnten Supplementbande der Jahrbücher für classische Philologie. [34 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 1.20.

Schülerkommentare zu lateinischen und griechischen Klassikern im Anschluß an die Teubnerschen Textausgaben. Heft III, 2. A. u. d. T.: Anleitung zur Vorbereitung auf C. Julius Cäsars Gallischen Krieg von Prof. Dr. A. Prockſch, Dir. des Hzgl. Friedrichsgymnasiums in Altenburg. II. Bdchn: Buch IV—VI. [VI u. 54 S.] 8. geb. n. *M.* —.80.

——— ——— IV, 2. A. u. d. T.: Anleitung zur Vorbereitung auf Xenophons Anabasis von Dr. Adolf Schirmer, Gymn.-Lehrer in Eisenberg. II. Bdchn. Buch III—V. [VI u. 81 S.] 8. geb. n. *M.* —.80.

Skutsch, Dr. phil. **Franz,** Privatdozent der klass. Philologie a. d. Univ. Breslau, Forschungen zur lateinischen Grammatik und Metrik. I. Band: Plautinisches und Romanisches. Studien zur Plautinischen Prosodie. [VIII u. 186 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 4.40.

Susemihl, Franz, Geschichte der griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit. Zweiter (Schluſs-) Band. [XVI u. 771 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 14.—

Verhandlungen der einundvierzigsten Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in München vom 20. bis 23. Mai 1891. [X u. 304 S.] gr. 4. geh. n. *M.* 12.—
Der Subskriptionspreis von *M.* 6.— wird ohne Ausnahme nur denjenigen Bestellern gewährt, welche als Teilnehmer an der Versammlung darauf subskribiert haben.

Vollmer, Fridericus, laudationum funebrium Romanorum historia et reliquiarum editio. Scripsit et recensuit F. V. Commentatio ex supplemento XVIII annalium philologicorum seorsum expressa. [98 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 2.40.

Weiſsenborn, Dr. **Edmund,** Professor am Gymnasium zu Mühlhausen in Thüringen, Aufgaben zum Übersetzen ins Griechische im engen Anschluſs an Xenophons Hellenika für die Untersekunda der Gymnasien behufs Einübung der Kasuslehre. 2. Ausg. [VIII u. 164 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 1.50.

—— Aufgaben zum Übersetzen ins Griechische im engen Anschluſs an Herodots Geschichte Buch 6—9. Xenophons Memorabilien, Platon, Demosthenes u. Thukydides für die oberen Klassen der Gymn. 2. Ausg. [XII u. 196 S.] gr. 8. geh. n. *M.* 1.80.

Weißenborn, Dr. **Edmund**, Professor am Gymnasium zu Mühlhausen in Thüringen, Aufgabensammlung zum Übersetzen ins Griechische im Anschluß an die Lektüre der Obertertia behufs Einübung der unregelmäßigen Verba und Wiederholung der gesamten Formenlehre. 2. Ausg. Mit einem alphabetisch geordneten Wörterverzeichnis. gr. 8. geh. n. *M.* 1.60.

——— Wörterverzeichnis zur griechischen Aufgabensammlung für Obertertia im Anschluß an die Klassenlektüre. (Besonders gedruckt für die Besitzer der 1. Ausgabe von 1885.) gr. 8 In Lederpappe geh. *M.* —.60.

Wesener, Dr. **Paul**, Direktor des Progymnasiums in Oberehnheim i. Els., Paradigmen zur Einübung der griechischen Formenlehre im Anschluß an das Elementarbuch des Verfassers zusammengestellt von P. W. gr 8. In Lederpappe geh. n. *M.* —.80.

Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana.

Aristotelis *Πολιτεία Ἀθηναίων* edidit Fridericus Blass [XXVIII u. 119 S.] 8. geh. *M.* 1.50.

Herondae mimiambi. Accedunt Phoenicis Coronistae, Mattii mimiamborum fragmenta edidit Otto Crusius. [XVIII u. 89 S.] 8. geh. n. *M.* 2.40.

Pelagonii artis veterinariae quae extant recensuit praefatus commentatus est Maximilianus Ihm. [244 S.] 8. geh. n. *M.* 2.40.

Philodemi volumina rhetorica edidit Dr. Siegfried Sudhaus. [LII u. 385 S.] 8. geh n. *M.* 4.—

Plini Secundi, C., naturalis historiae libri XXXVII. Post Ludovici Iani obitum recognovit et scripturae discrepantia adiecta edidit Carolus Mayhoff. Vol. III. Libri XVI—XXII. [XV u. 496 S.] 8. geh. n. *M.* 4.—

Plutarchi Chaeronensis Moralia. Recognovit Gregorius N. Bernardakis. (5 voll.) Vol. IV. [LVIII u. 474 S.] 8. geh. *M.* 3.—

Sili Italici Punica edidit Ludovicus Bauer. Volumen alterum. Libros XI—XVII continens. [X u. 252 S.] 8. geh. *M.* 2.40.

Schulausgaben griechischer und lateinischer Klassiker mit deutschen Anmerkungen.

Caesaris, C. Iulii, belli Gallici libri VII und A. Hirtii liber VIII. Für den Schulgebrauch erklärt von Dr. Albert Doberenz. 9 völlig umgearbeitete und mit einem kritischen Anhang versehene Auflage besorgt von Professor Dr. Gottlob Bernhard Dinter. III. Heft enthaltend Buch VII u. VIII. Mit einer Karte. [VI u. 216 S.] gr. 8. geh. *M.* —.90.

Ciceronis tusculanarum disputationum libri V. Für den Schulgebrauch erklärt von Otto Heine. I. Heft: Libri I et II. 4 verb. Aufl. [XXIV u. 107 S.] gr. 8. geh. *M.* 1.20.

Livii, Titi, ab urbe condita liber X. Für den Schulgebrauch erklärt von Franz Luterbacher. [102 S.] gr. 8. geh. *M.* 1.20.

——— ——— liber XXX. Für den Schulgebrauch erklärt von Franz Luterbacher. [87 S.] gr. 8. geh. *M.* 1.20.

Lysias' ausgewählte Reden. Für den Schulgebrauch erklärt von Hermann Frohberger. Kleinere Ausgabe. II. Heft. 2. Aufl. besorgt von Th. Thalheim. [IV u. 224 S.] gr. 8. geh. *M.* 1.80.

Ovidii Nasonis, P., metamorphoses. Auswahl für Schulen. Mit erläuternden Anmerkungen und einem mythologisch-geographischen Register versehen von Dr. Johannes Siebelis, weil. Professor am Gymnasium zu Hildburghausen. I. Heft, Buch I—IX und die Einleitung enthaltend. 15. Auflage besorgt von Dr. Friedrich Polle, Prof. am Vitzthumschen Gymn. zu Dresden. [XXII u. 192 S.] gr. 8. geh. *M.* 1.50.

Sophokles. Für den Schulgebrauch erklärt von Gustav Wolff. Dritter Teil. Antigone. Fünfte Auflage bearbeitet von Ludwig Bellermann. [VIII u. 185 S.] gr. 8. geh. *M.* 1.50.





Digitized by Google

Digitized by Google